

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Moralia

Plutarchus

Francofurti, 1620

Annotationes interpretis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1372

IN PLVTARCHI MORALIA, ANNOTATIO-
NES INTERPRETIS.

IN LIB. DE LIBERIS EDVCANDIS.

PUNC libellum contuli cum Francisci Fabricij viri doctissimi atque diligentissimi optima editione, quanto cum fructu, vel annotationes ostendunt.

Obseruet Lector, priore numero paginam, altero literam notari.

1. d *Regunculos*] Pro *Bacchis*, *Bacchidae* legi, rationem Grammaticam Fabriciana editione comprobante. Et quidem apud Plutarchum initio *Agesilai*, ubi eadem historia Dorice referuntur, *Bacchidae* legitur. Ego regunculos quam regulos malui vettere, quia reguli vox aliud quam regem pumilio significat.

2. c. *Sane beatus*] οὐδέποτε μὲν καὶ θεός legit Fabricius: sed nostra lectio nihilo videtur detegior, quæ etiam est in scripto codice Episcopiano nostro, & eodem recedit.

Ibid. d *Labore magno*] Fabricius legit τίνω, fidem codicis manuscripti secutus, quam & noster codex scriptis comprobat lectionem, ad sensum nihil admodum interest: nisi quis mecum cogitet, τὸν ὅρασιν non admodum facere ad curuandum.

Ibid. f *Cum mores ipsi*] Fabricianus codex hac, ut & alibi, castigatori. Ego tamen legi legendumq; autumo: Εἰδούσης δέ τι πολυχρόνου, quod monui propter eos, qui nostra cum Græcis comparabunt,

3. e *Instituenda bonis*] Sic ab initio verti. Sed sciolus pro pueria (quod Horatius etiam usurpauit,) puericia posuerat, versu corrupto. Versus hic in Phœnicio hodie non exstat, ut & alius in libello de ratione audiendi adductus, aliquæ alias. Est autem vitius, & fortasse sic recte legitur:

Πάσιν εἴ τοι γέγενη διὰ ταῦτα διδοκοί μετέπειται
4. b. *Pedamenta*] Sic verti ταῖς χερσαῖς, non enim ταῖς sed ταῖς legendum est. Quippe Eustathius in primum Vlysi librum docet feminino genere usurpandam vocem, cum pedamentum, id est palum significat, quo in soluū de fixo viuis nititur. & Iliad. Σ. citat proverbialem versum.

E Κατατίθεται τὸν ἄρματον.
Idemq; est apud Pollucem disertè p̄ceptum. i. 10. Fabricius quoque ταῖς legit in vetero libro.

6. a *Gorgia nisi fallor*] Extat locus apud Platonem in Gorgia, sed quatuor Polis. Silponis dictum Simplicius, aut certe famile eius, refert in Categoris ad opposita priuatione. Οὐδὲν μέτα πόδες φέρει.

7. b *Medium tenere*] Hac olim sic annotaueram. Si à voce πολυτονίσις, omnino esse video, et verius sensu: & metrum habet forte trochaici pars octonaria. Hoc, ut putarem, fecit vox ιωνία, quæ videbatur sit a περιπονώ, itaque legit etiam Fabricius. Sed ubi scriptum codicem (fuit enim ad me aliquanto post quam hæc scriptum missus) cum ergo vbi consului, ιωνίσι in eo exaratum vidi, ita quidem perspicue, ut appareret correctoris manu librati scripturam in extrema voce correctam: planeque eam lectionem amplificet.

8. b *Colligere secundum*] Locus videtur Fabricio non iniuria malius. In scripto vltimæ litteræ correctoris sunt, ac lacunula, illam vel quatuor verborum capax. Egorelinquere suum cuicunque diuinandi acumen quam mea inculcare satius duxi. Locus Platonis qui mox citatur, est in fine septimi de republica.

9. a *Ut & cum exsultant*] καὶ δε μόνη εὐθανάται, ταῖς οὐδὲν τοῦτο αρχύνται. Sic omnino verba hæc sunt distinguenda. Vbi, inquit, lætitia fæse essent, incertatio sibus incontendus iis erit pudor. Fabricius aliam lectionem annotavit, quæ mihi tam bene atque hæc vix videtur cohæsura, καὶ δε προδρόμος οὐτανθάνων, εἰς οὐδὲν ποιεῖται. Est & hæc in nostro scripto. Et legitur ποιεῖται superne annotato λαός. Meam sententiam docti, puto, probabunt.

9. b *Animo elangescente deficiant*] Πάντα δέ πολλα οὐδὲν male erat impressum επιμήδον. Itaque semper indecum legendum ut corrixi, ad stipulante Fabricio ex Codice veteri. οὐδὲν vox est quæ apud Platonem quoque excidere instituto, deficere, & elangescere significat. Et D. Paulus hoc sentit, eam cap. 9. ad Rom. & 1. Cor. 13. usurpauit, aliquæ alias, noster frequenter.

10. a *Euripi dem.*] Stobæus sermon. 19. citat ex Euripiā Protæsilaō.

10. c *Imitari sectarique*] μιμεῖται τοῦ περιεχούντος. Sane quid νοίζει, non ignoror: quid εἰ faciat, sic satis video. quid autem hæc possit significare περιεχούντος dicat qui nouit. Suffitius veritatem imitari atque discerpere. Fabricius noster, circumrodere. ego quid hæcum sit περιεχούντος, aut quid hue quadret non video: si lupi corpor legendum παιχνίδιον, vestigia sectati. In narratione de Antigono & Theocrito, inest mendum. v. dc β. αὐτοποιακῶν, c. i. 8c Macrobius 7. Saturnal. 3.

12. a *Magistrorum aliquando institutioni*] L-go hæc προσεγγίζειν αἰνοβίᾳ, sicut emendat F. bricius. legebatur enim προσεγγίζειν, quæ tamen ipsa quoque vñcunque lectio videatur stare posse, vt προσεγγίζειν sit dehortatio à vñcio sive deducatio, quam tamen adolescentes auercentur. In scripto legitur προσεγγίζειν, & super προσεγγίζειν est προσεγγίζειν rubrica annotatum. Vnde Fabriciana lectio iuuati potest, quam secutus sum.

13. b *Nuptas prostituant*] legebatur προσεγγίζειν quod retinet, non incommode poterat. quidam (inquit) adulatorum, scortum pro sua ipsius uxore (scilicet qui huc usque gratificatus vellet videri, vt ei etiam sua uxoris copiam faceret) dedit. Sed Fabricius & noster scriptus habent καὶ προσεγγίζειν: quod amplexus sum. talis fuit abbas, qui suam uxorem Mæcenati prostituit, vt noster in Eroto ostendit. in fine libri Eū ydices Epigrammate εὐοιστι legit Fabricius: Ego cum scripto Εὐοιστι, qui à voce προσεγγίζειν versum inchoat, vt sententia sit, desiderium suum Muhius fuisse bene cognitum.

IN LIBELLVM DE AUDIEN-
dis Poetis.

QVIA nuper hunc libellum & conuertimus in sermo-
nem Latinum, & quæ visum fuit, annotauimus: ad
eam editionem in præfentia Lectorem remitto, inueniet &
locorum quorundam explicationem; & citatorum è Po-
eta indicationem, & emendationis nostræ rationem reddi-
tam.

14. d *M. Sedate*] Luscinius, qui olim hunc libellum in Latinam traduxit linguam, Sedate habet. vt videatur Σεδά-
νη legiſſe. Verum ego Aldino codice vñsum eum, neque in-
structum magis quam me puto fuſi manu exaratis codicibus, sed profecto in manuscripto nostro Σεδάνη luculentem
legitur.

14. e *Serio dīta*] pro Σεδάνη quod in meis annotationibus
ostenderam mihi displicete, Σεδάνη scriptus liber perspicue ha-
bet: idque sequor:

15. a *Subiit in præsentia*] Hunc locum pridem non iniuria
mutilum esse, non Σεδάνη, in quod hæc vox incuria libra-
torum erat deflexa. Codex scriptus veram retinuit lectionem.

15. b *Atque admisceamus*] Σεδάνη προσεγγίζειν semper duxit le-
gendum esse, non Σεδάνη, in quod hæc vox incuria libra-
torum erat deflexa. Codex scriptus veram retinuit lectionem.

16. d *Lynce versipellior*] Ad marginem reperi notatum pro
λυνέ, legi στονίσει, quod sane est planius.

18. c. d *Et eam imitari pulere*] Legendum est ex fide scripti
& sententia dictante. οὐ δέ τι ταῦτα καλόν π, καὶ μηδέποτε
καλέσει.

24. b *Succensebat enim*] Σεδάνη προσεγγίζειν, ita versus requirit
ratio. Aristoteles etiam (quod in prioribus annotationibus
memoria mihi non suggesterat) hunc versum citat lib. rhe-
tor. ad Theod. secundo: vbitamen προσεγγίζειν legitur. Sed & illa
versus de Phœnice citantur, quorum etiam in libro de dis-
crimine amici & adulatori meminit, qui hodie desunt post
Iliad. 1. 457.

28. d *Quouis verbo percillitur*] In Græco Σεδάνη προσεγγίζειν. An-
notauimus me legere προσεγγίζειν. In libello (vt hoc addam) προσε-
γγίζειν, dictum hoc ad Heraclitum autorem refertur, & pro προ-
σεγγίζειν legitur non minus absurdus, προσεγγίζειν. Ego in mea sen-
tentia persisto, quod vñsu vocabulicam video confirmari. Sic
ccccce

enim Plutarchus infra de virtute muliebri, de Eryxone con-
cubitu Laarcho, sed similate, offere te. *λαὸν τοῦ Λαρχοῦ*, καὶ πατέρων αἰσθοντες τε; τῷ φιλόφρονών.
possem etiam affere plura, nisi & rem satis manifestam co-
gitarem, & alibi etiam aliquid annotassem hoc pertinens.
Hec allato codice manuscripto delere nolui: inueni tamen in
eo super illam mendosam vocem à correctore adscriptum
εἰπούσης. & μεγαλεῖ μοι scriptum, quod monueram mili pro-
bari, non mihi.

34.a *Hac illa transfigi.*] μεταμορφωσο, in hac ego lectione de-
sidero nihil. tamen cum codicem scriptum conferrem, in eo
ad marginem obseruauit appositam aliam scripturam μετακλα-
ζεσθαι, quod annotatu dignum duxi.

36.c *Qui nascitur.*] Hos versus aliter vertit Tullius sub fi-
nem primæ Tusculanæ, & ex Eutipidea Cresphonte docet
sumptos. Existunt & apud Stobæum sermone ex. Porro an-
notationes in libellum de Homero exst. ut leonis excusæ, ut
nihil attingat eas hinc interpolare. Itaque satis erit quædam
deliberandum illas locupletiores & castigatores damus.

Non carens grauitate.] ἀριστερά legitur in omnibus impres-
sis, quod nemo crederet verum esse scriptus habet αριστερά. lego
itaque αριστερά.

Quod non semper.] Sic semper putavi legendum, οὐ πάντα
itaque expressum est in scripto.

IN LIB. DE RATIONE audiendi.

38.b *Similē & optimam.*] οὐ χρείαν. id quod infert Pluta-
rchus, satis ostendit deesse aliquid: vt si scriptum fuisse οὐ χρείαν
περὶ τῆς βλασφημίας, aut aliquid tale. In conuicio septem
sapientū non longe ab initio hoc ipsum narratur, οὐ πάντα ταῦ
ἔξεισθαι οὐ χρείαν διατηρεῖν. Memoriarē proditum est Aelopū
idem de lingua iudicium tulisse. nam & cum optimas & eum
pessimas carnes iussis ab heros emeret, linguis emisse: Post
scripta hæc inueni in scripto codice οὐδὲ φαντάτην. Et οὐ πί-
σται, non θωμάσαι.

Ibid. d *Naturam componat.*] ταῦτα τῶν φύσεων. Verbū hoc
quā in situ mendosum, minime dubito. Luscinius interpres: to-
rum habitum immutet. nescio sane quos codices, aut potius
quas coniecturas fecerunt. Sed quam tutum mibi fuerit enim
sequi, iudicabunt Græcorum cum Latinis ep̄nferendorum
periti. Cf. do καὶ στρατηγίᾳ scriptum fuisse ab auctore. nisi (inquit
meo iudicio) purgetur anima ipsius translatione minime in-
commoda. post inueni scriptum habere ταῦτα quod indico,
quod ex uero fieri potuit solertia librarii. vox quidem ea satis
quadrat.

41.a *Quavis oratione percelli.*] Vox à sensu & instituto alienis-
simus hic erat πρατείας. supra ostendi, cur ita, vii ego verti,
sit legendum, εἰπούσης.

Ibid. f *Mel meditantes flauum.*] ξερὸν μὲν μηδὲ λευκόν. Carmen
est Simonidis, quod nescio an calu potius quam industria et-
iam metrice extulit Luscinius flauum mel conscientes, esse au-
t. in Simonidis carmen dixi ex Plutarchi libello de sentien-
do profectu ad virtutem. Ceterum in scripto annotatum est
πρὸ διπλοῦ in hac ipsa periodo οὐδὲ πρὸ διπλοῦ, & paulo post πρὸ διπλοῦ
& διπλοῦ legi, quæ profecto sunt meliora & magis hue
quadrantia vocabula. ideo ea in vertendo sum amplexus: ali-
quantum p. st. οὐδὲ πρὸ διπλοῦ, malum legere mē.

43.a *De infiniti sectione.*] Γεῖ τὸν ἡπέδειον τοῦν. Iniciunt
(ait interpres) vel optimo cūque orationis membro quaestio-
nen hanc, &c. Hoc an sit αριστερά, aut cut ita vñlum inter-
preti, non assequor. ipse non vereat legere, τὸν αριστερά, τὸν
εἶπον sit οὐδὲ πρὸ διπλοῦ. nam facultas continui deinceps diuidundi
nunquam re ipsa completur. quod ex Aristotele notum est,
τὸν αριστερά & θ. primæ Philosophia. Itaque αριστερά non erit con-
tinui infinita sectio. Quid quod scriptum deprehendi habete
αριστερά? De Ulyssē autem locus est Odyss. p. 222. Sed Melan-
thi sunt verba, non procerum. εἴπον autem non est pro-
prium nomen, sed eum qui pure in pectoro nato periclitetur
designat. & idem refertur proxime sequente libello. prope si-
nam. Paulo post διπλοῦ pro διπλοῦ leitus docuit. legere. ed
ita habet etiam scriptus.

Ibid. e *Natus, & uulnus.*] Εὐαὶα hoc quid sit. lego νῦν
ad p. atur scriptus, in quo etiam πάντα & δικαιον τετius
legitur, quam in impressis in uilo sensu participia. nescio an
πρὸ διπλοῦ non sit ponendum αριστερά, sed tolerabilia mouere
nolui.

44.e *Inter echinopodas velut.*] οὐ διχούμενος. Apud Athe-
natum extat libro tertio, Δειπνοφόρῶν versus integers

Ως ἀντιχείρων, Ε αἰδή τριητούσιν.
Φύνται, poetæ, quicunque is fuit, libuit prima prōducta
ponere, qui patrocinio ipsius Aristotelis vi potest, ita scriben-
tis libro sapientiae, cap. 4. φίλοι δὲ λέγονται ἔνα μὲν φυ-
μένων γένος, οὐδὲν ἔπειτας λέγονται. Habet ergo & pentame-
trum. Arque ita hoc distichon etiam refertur in libello de
fraterno amore, & in symposiacis lib. 1. quæst. 4. hic in scripto
est idem absque iā, sed in margine ὄντων illorum. Infra in li-
bello de fraterno amore in textu est ὄντων, vitiosa lectio in
margine. Sed & sequens periodus est manca, quanquam satis
interim perspicua. fortassis apud Αἰδήνιον deest σύνατον, aut a-
liquid tale scriptum ζητοῖ in margine ut fiat Αἰδήνιον. Locus Pla-
tonis est quinto de rep. pag. penultima. vbi pro μεταχειρίεσ-
male legitur μεταχειρίεσ-
σει. In libello de amici & adulatoriis
discrimine μεταχειρίεσ-
σει legitur. Mox pro αὐτῷ legi είναι, scriptum
secutus, & rationem indidem απαγγείλας pro επαγγείλας am-
plexus sum, cum paginæ huius priore parte απαγγείλας pro elo-
catione esset etiam posita.

45.b.c *Sessio autem non insolens.*] Καὶ οὐδὲ αὐτοφος. Scriptus an-
notat in margine αὐτοφος, quod significat mollicie expertem
sessionem, & magis videtur concinnum.

47.a *Initiatum.*] Κατηγορεῖν legi, exscripto. Καὶ Συργάνων εἰ-
ναν non perinde quadrat & οὐδὲ ταῦτα μενos mendosum est.
ταῦτα scriptus habet perspicue. Legi etiam φανεῖται ταῦτα δρ-
χαι articulo ex scripto reposito, & singulati ob παραμενον-
posito.

Ibid. d *Philosophia excidit.*] Ε πανούστα δὲ αἰσθαπταν. Lego εἰ-
πούση. qui deterritus liboribus prius philosophia excidit
studio conatuque eius allequende, quam vñlum dignum te-
leratatum ερυθρατum tulerit fructum. idem mendosum no-
tauimus in πανούστα διπλοῦ. Sed hic etiam scriptus nobis suffra-
gatur.

48.d *Recte audire.*] In Græco est, αριστερά τὸν καλῶν βιῶσθαι τὸ
καλῶν αὐτούντων μενos. & scio sensu non inepta ita legi posse.
nempe initium recte viuendi es. vt male si audias, id est re-
prehendere meritum tuo, id aequo animo feras. Sed ego id huc
quadrare non puto. Et καλῶν αὐτούντων scripsisse Plutarchum iu-
dico, vt qui libelli summam vñlumque in fine repeteret. Init-
tum recte viuendi vñl (opinor) esse, vt recte ac nostra cum
vñlitate audiamus eos qui ad vitam formandam nos doctri-
na instituunt. καλῶν αὐτούντων sub finem hoc ipso libello ita dici-
tur, vt est apud Latinos male audire, sed aliud profecto est
male audire, quam iustas reprehensiones aequo animo ferre.
Quod multis? Hic quoque meam sententiam scriptus liber
circa vñlum obscuritatem confirmat: unde & οὐδὲ inseri potest
post eiā.

IN LIBELLVM DĒ DISCRIMINE adulatoriis & amici.

48.e *Philopappus amantem aut significat.* Sed esse cogno-
mentum ex eo liquet, quod infra seorsim repetitur. Item que
in cap. vñlmo libri primi Symposiacis, Platoni locus est
quinto de Legibus, & quod de veritate citatur paulo antece-
dit, in p. imia eius libri pagina.

49.f *Ut Enenus.*] Sic & pagina vñlta Platonicarum quæ-
stionum, in salubribus præceptis Prodigio adscribitur, sed ta-
lia occurunt multa.

50.c *Verba eorum referunt.*] Sic interpretor verba αὐτοφο-
νουσῶν τις εἰμι. Ut ille Terentianus, Quidquid dicunt, laudo,
&c. notus est enim locus. Mox Ημβρανητηρι τις cœna.] Sic
& Erasmus. Locus est obscurus vñcunque. sed probabile est
parasitos vt in tempore ad ptandia occurrerent, dimeriendas
vñbris eorum horas & articulos exquisuisse: quomodo nunc
horologia obseruantur.

51.a *Difficiliter deprehenditur.*] Sane impressi habent δι-
φορέας. Sed neutiquam prætereunda est alia lectio, anno-
tata in scriptu libri margine διπλοῦ, quæ mihi concinnit
etiam atque recepta videruntur.

53.c *Non impetus.*] Impetum melius legeretur, & minus
etiam ambigue.

55.a *Ait polium.*] Versus est Nicandi Theriacis. 64.

Ibid. e *Cum rex Charilaus.*] Χαρίλαος ζειτανός forte, vt in
Lycурgo. vide quæ ibi annotati. Sic infra etiam Σπερίδη. 139. In
Laconicis i 61. legitur ζειτανός, quarto casu,

57.a *Sulla cœtra crassu.*] φορεῖαι παχεῖαι. quid sit φορεῖαι, nolo
hinc dispartare. satis & hinc & ex libello de cohēbenda itali-
quet, capistrum esse quo uterentur qui fistula canēt. Mat-
syæ inuentum ibi ex poeta quadam dicitur. φορεῖαι Eusta-
thius & alii ferē scribunt. Sed quadret sane. Scriptus non hoc,

ANNOTATIONES.

3

sed *φοίνικας* haberet, quæ vox ceterum suis significat, *ein Sävverhant*. Iudicent docti an non optime in hebetem ac rudem competat: & utram malint lectionem sequi. in margine habetur *φοίνικας*, quæ vox est etiam paulo ante. & profecto quiduis potius quam insulam significat, quam huc interpres ingesserat, quid autem sit de Cyprio illo, & *κανδύων*, mihi sane non est euidens. Idem liber *βιών* habet in margine quidem, in textu *μυστήρια*. Amplius.

57.c *Mediocrem in cimitate.*] Τὰ μέσα φέρει τὸ πέλεν, hoc secutus sum, quanquam *πλεύσιον* scriptus noster haberet. Notus est versiculos & arrogantiam & ignauiam, ac tam summa cum odio, quam infima cum abiectione coniuncta vituperans. Πάντα μεσοῖς αἴρεται, μέσος, θέλει τὸ πέλεν ἐτι.

Ibid. e Quod si quis.] Αὐτὸν μη lego, ex sententia.

58.a *Propones.*] οὐτανόντα legi, ac ita est in scripto nostro, perspicue verum. nam οὐτανόντα vitiolum est, ipsique Erasmo imposuerat. Quod postea de Megabyzo refert, vt & in libello de Animi tranquillitate, Plinius 35. 10. ad ipsum Alexandrum Magnum refert.

60.a *Atrociaque supplicia exercentem.*] πυκνῶντας καὶ πλεύσιον. De priore annotauimus ad Dionem Plutarchi aliquid. Posterius mihi suspectum est mendi. in scripto est πλεύσιον. Erasmus vertit, *Vestigibus oneranti populum*.

61.c *Ne Beantis quidem.*] Alii alii, nostet sub initium convivii septem sapientum Thaleti tribuit.

Ibid. f Tamen in minoribus.] Habent nostri λοιπὰ λαζίων. Scriptus μητέ, quod magis placuit.

63.a *Non probos.*] τὴν τοντοῦ. Sic legitur etiam apud Stobæum λόγια, adducentem hanc ex Erechtheo Euripidea: pro τὴν τοντοῦ legi στῆν, est in margine libri manu scripti annotatum: quod nescire harum rerum diligenter nolui. nam quod ibidem pro *ἀποστολῇ* monemerit alibi legi εἰλατοῦ, non mouet me, & probabile est esse γλωσσα.

Ibid. e Publici contra ius non scriptum delicti.] αἰτιανήλιας sic & scriptus cum apostropho ad præpositionem. Vox mihi est ignota, & pro simplici εἰτανείᾳ accipio. de qua vide Harpostrationem. Suidam ac Pollucem cap. 1. lib. 8.

64.c *Aut si non persuadet.*] οὐ δὲ μὴ τίθην, lego. πάθη scribitur: sed mendose. Erasmus vertit. Si non patientur ille. Verum Græci sic non loquuntur. Sed meam correctionem à iudicio profectam, scriptus liber inspectus certam reddidit. Idem (vt obiter studiosos iuvem) senarium peruerit, cuius sententia est. Verum amicum socium se sanis amici consilii acq; institutis præbere, non vitiosis item.

Ibid. Ut enim aliquando concit.] In Græco impressum est, οὐδὲ τὸ τοντοῦ. Scriptus habet, οὐδὲ τὸ πέλεν. Ego sensum sectatus sum, & legi, οὐδὲ τὸ πέλεν, τὸ τοντοῦ.

65.c *Excitante.*] *κρυψιουδὲ λόγῳ. Locus mihi videtur esse multilatus.

66.c.d *Parum ingenuum est.*] οὐτις ἀπελεύθερον. hanc lectionem secutus Erasmus, nescio quem libertinum comicum excogitauit. in scripto est ἀπελεύθερον, & superne notatum ἀπελεύθερον, quod in vertendo secutus sum. Notum est quomo- do vetus comœdia libertatem dños publice notandi in licentiam maledicentia deterrerit, de qua te hinc commentari non vacat. Vide Horatium in epistola ad Augustum, & de arte Poetica ad Pisones, atque alibi, ne alios huc citem. Quid Erasmus secutus sit quod κατέχει in cruxationem testoriam vertit, aut quid legerit, non sum sollicitus. Græca enim plana sunt.

68.a *Male etiam Antiphon.*] Oraforem intellige Atheniensem, cuius vitam Plutarchus scribens, hanc historiam recitat.

Ibid. c.d Funem molestiarum soluit curarum.] Κύνη τὸ πέλεν φόρων γενίναι τοι μετεγνῶν. Dubium non erat mihi, quin legendum esset γενίναι μετεγνῶν, & sic postea in scripto reperi. Est autem vinum amara curatum eluere efficax, Flacco 4. Od. 12. Sed utrum Lydius Deus λόγος, an potius λόγος scribendum sit, vt est apud alios, & infra in septem sapientum coniunctio, nescio. certe etymo verba videntur quadrate, & codex adstipulatur. Pausanias in Baeticis alias adfert causam, cur Baechus Lydius dicatit, quam omittit. Scriptus codex mēa lectioni cum subscriberet, eam tenui, vitiola omissa. Idem hic quidem λόγος habet.

69.e.f *Platonis ad Dionem.*] Exstat hoc in quarta Platonis epistola.

71.e *Corrigere Speusippum.*] τῷ βίῳ τὸν Σπεισίππον. Sic emendandum erat scripto. In Homericō οὐδὲ τὸν reposui ex ipso auctore, multo quam ei deos sit εὐφαντίστερον. Iliad. 9. 234. Scriptus quoque recte habet. Erasmus locum peruerit. De

Phœnicis consilio, vide quæ annoatai ad lib. de Audiendis poetis.

72.e *Vlysses in Scyriis.*] Καὶ οὐ μη Σκυρίοις Οδυσσεῖς. Erasmus vix scio quid tecutus, vertit, In tragœdia, cui titulus Doini. legit nimis *κυρίοις*, litera Ε neglecta. Carterū ita hotum est delitusse Scyri inter regias pueras Achillem detrectatione belli Illiaci, vt miter id Erasmo in mentem venire vel primointuitu huius loci non potuisse, si quidem ipsius codex habuit *κυρίοις*, praesertim cum in libello de Audiendis poetis etiam hi ipsi versus ponantur, in Scyro desidentis Achillis nominatum facta mentione. Vbi ramen pro *καταρχίαν* legitur *καταρχήν*? Ut ex tempore citatidis dictis fiducia memoria aliquando docti in syllabis errant. *καταρχήν* quidem est *καταρχήν*, & (vt puto) genuinum eius loci. Qui autem hic Scyrii citantur à Plutarcho, tragœdia Euripidis, memini eam alicubi apud Stobæum citari Σκυρί. Idem Erasmus supra Chariis hominem proptium fecerat, cum sit *καταρχήν*, vox adiectiva hotissima. Sed & *μυμονίον* *ἀμέρητα* hic nota. Non enim Agamemnon, sed Minerua Diomedi Tydeum patrem exprobrat versu qui hic citatur. Ex Iliad. l. 800. Sed Agamemnon in eandem eum sententiam increpat in Κηφαλεια, Iliad. l. 371. 399. mox in sententia Thucydidis pro θνητοῖς legi θνητοῖς, ratione perspicua. Adstipulatur scriptus:

74.b *In puniendis autem delictis.*] οὐ δὲ ταῦτα κατένοοι. Hoc vocabulum Græcum noti est. κατένοοι tamen legere malui, quam κατένοοι, quod videtur incidisse Erasmo, qui cohibendis peccatis vertit, certe prior pars, in qua οὐ δέσμοισι εἰσι, κατένοοι habet. hic reprehensio requiritur, non tamen dissimulabo, κατένοοι me postmodo in scripto reperiisse, sicut & id, quod coniectura duetus posueram sub libri finem κατένοοι ab verbō αἰρόν, nam κατένοοι nihil credo significat, in hac quidem lingua.

IN LIBELLVM. QVOMODO QVIS

sc ad virtutem proficere sentiat.

Principium videbatur non integrum, & Luscinius pro *εἰδικούς* legisse *μεταμόρφωσις*, alio etiam priore *η* posito. Certe nominatiuus nullus, neque nomen aderat, qui cum *οὐδεν* cohæret: & interrogative prima periodus legenda videbatur. Quid ita? quia nebulae nobis offuderat corrector, à particula *O*; librum atspicatus, cum & in Aldino, & in scripto (virtutem autem eodem accepi tempore) *η*, recte legatur. Obiter monendum duxi, *περιπτώλω*, de qua hanc agitur, à Tullio progressionem ad virtutem appellati. Sic enim ad Varonem in Academicis scribit: In qua quod inchoatum est, neque perfectum, progressio quædam ad virtutem appellatur. Medio ergo loco in tenebrositatem naturæ est & virtutem, vt apud nostrum recte dicitur 2. Sympos. 3. Iplum verbum *περιπτώλω* verbo procedente exprimere voluisse idem Cicero videtur lib. 3. de Finibus: Qui processit aliquantulum ad virtutis aditum, nihil minus in miseria est, quam ille qui nihil processit, à Stoicorum sententia:

75.c *Non enim aliquis sapiens.*] Merita huius loci sententiam obscurauerant. Legendum est, οὐ δὲ αἰναῖ, &c. μεταμόρφωσις. Quæ lectioni scripti codicis præsidio munitur, & quantum ipsa confirmat. Nam disputatio est contra Stoicos, medium inter perfectam stultitiam & absolutam sapientiam nullam relinquentes, sic satis confusa:

Ibid. f Applicandus.] οὐδὲ οὐδὲ Octostriatus Trœchaicūs nisi si τοῦ, sc̄ibū, senarii iambici finis est, teliqua integer Senatus, quod non puto. Propterbiunt est sc̄itissimæ sententiae.

76.b *Qui è profando attolluntur.*] οὐδὲ οὐδὲ Luscinius: Haud aliter atque si liquoris aliquid decedat è dolio. Videatur legisse *πέρι*, nescio quos secutis codices, aut quas rationes (tamen si quam milere is hunc librum vetterit, non est cuiquam volenti indicare obscūrum) certe nostrum malo, habetque ita etiam scriptus. Qui subito ex profundo attolluntur, vt sit in fluctibus marinis, si motam motus supputare non possunt, & quod *αἰτησθεῖν* pro *αἰτησθεῖν* legitimus, idem approbat. Idem *περιπτώτερον*, nos optatiuum accepimus. & paulo ante ad *εὐηθεῖν* annotat l. ḡ *περιπτώτερον*. Locus est valde concisus. In Oraculo Cirræ orum *περιπτώτερον* ex scripto. & in comparatione calami. *εἰπεν* ex eodem recepi quod debeat. & *γίνεται* pro *γίνεται* idem. Videtur autem alludere ad poeticum aliquod dictum.

79.b *Sophocles aiebat.*] Hunc locum facile nunc emendo, cum quidem vellem etiam in pluribus idem à me fieri vel

per occupationes, vel tam iustis de causis posse. Sic ergo legi volo : Sophocles aiebat , se primum animi ludique gratia grandiloquentiam Aeschylum imitatum : deinde eius in apparatu condensationem atque artificii industriam : tertio demum nunc loco ad id dictio nis genus se transtulisse, quod ad formandos mores aptissimum, eaque de causa esset optimum. pro mīrō autem legi παντον, iam pridem, itaq; etiam habet scriptus.

Ibid. e Tacet ictus.] ο παντον, supra de aud. poet. ο παντον, ictus. alibi autem docui in Plutarcho meritis esse media quæ passim, & contra passim quæ actiue significant, δεδοκησ, οιμ. m. cum παντον, conueniunt. itaq; nihil muto, cum hic ipse locus eum canonem confirmet. & idem docent cum aliis Græci Grammatici, tum Eustathius. Iliad. x. 497.

81. d Lingua iam torpet.] Sapphicum versum emendauit ex Oda ipsa, ut extat apud Dionysium οινόφυος.

85. d Aquarum prouentum.] Scripti haud dubie apuarum, αφούσ. Sed forte esse librarius quid rei apua esset ignorans, q. pro p. mihi excusasse putauit. Hoc anno, ut & quanimitatis & aduersum me, & erga librarios adhibendæ lectorem diligentem commonefaciam. in fine libelli periodus erat manca , & legendum οινόφυος putabam, quod inde in scripti margine inuentum, secutus teneo. Polycleti d. Etum hoc etiam lib. 2. c. 3. Symposiacon refertur.

IN LIB. DE CAPIENDA EX inimicis vilitate.

INITIO LIBRI απο μihi valde suspectum est. Nam & vox est poetica. Et si adiutori stranda repub. abstinuit Paler, cur dicit eum publice prodesse in isto virile statu , cur versanti in reposit de iniuris commentandum? Itaque in versione illud απο secutus non sum. Κοινωνι Græco more scriptus habet.

87. d Vilitatis.] οινόφυος. sic omnino scriptus. nam οινόφυος hoc quidem loco est canis in balneo.

89. a Proprium ei.] οινόφυος cur non legas, id quod sententia loci dicit, potius quam iawn? non enim profecto matricidium Adrasto , sed Alcmaeonim imputatur Eriphyles cædes matris. res nō tiffima legentibus poetas & eorum interpres: idem q. e. est in libro de Audiendis poëtis. οινόφυος porto scribi ebere pro Crasso, notissimum. vtr. bique ad stipulatur scriptus liber: in quo etiam est οινόφυος. cum & decesset, isq; decessus tuum locum vitare, nisi fortassis marito in uxoris funere flore virtio dari potuit. Tum οινόφυος ibidem est, οινόφυος sermo Græcus respuit hoc loco. οινόφυος contra aptissimum est. vñntur & alii, & ipse Homerus Iliad. β. 251. οινόφυος

Ibid. b Sed non minus vilitatis.] οινόφυος δι οινόφυος. legit οινόφυος Erasinus, vt mihi quoque non primo sic legendū videatur , & sic est in scripto rubrica superne annotatum : vbi & οινόφυος similiter super οινόφυος allitum. Paulo post quod Antistheni dictum adscribitur, ad finem libelli de adulatore. & in libello οινόφυος adscribitur Diogeni, Cynico & ipsi.

Ibi. c Jasonem Thessalum.] Θεσσαλον. Προμηθæ Prometheus hunc à Plutarcho dici vix credo. cum & alii, & Cicero 3. de Natura deorum Jasonem vocent Pheræum.

90. a Erridisere.] legi. Ademptis erudiuerunt.

Ibid. d Quam in amicitia.] Μάρτιον η τῆς, η de meo inserui. Qu s enim non videt defuisse? certe maioris est animi inimico, quam amico benefacere.

IN LIB. DE MVL TITUDINE amicorum.

Principium libelli sumptum est è Platoni dialogo , qui nomen habet à Menone illo ipso. Quod de amici umbra sub initium è Menandro dicitur, plenior in libello de fratribus amore citatur. Empedoclea & quæ e poeta citantur de Ophelta, non eram nescius, metrika esse. Sed hæc prosa oratione malui vti.

93. e Pythiam.] φυνίας. Pythias hic vocatur à Cicerone (summo codicium cons. nro) lib. de Officiis tertio: quo loco istorum amicitiae usus exponitur. tamē in impressis, & in scripto etiam φυνίας est, quod nolui dissimulare. Cæterum Lusinius superioris οινόφυος περισσον verterat puellam, perineptu plujiā alia cum ex poeta aliquo hæc Plutarchus citet de Ophelta, cuius rei etiam infra οινόφυος. mentio fit. & capite

primo quarti Symposiacon, iidem versiculi citantur, et si mutilati. quanquam οινόφυος ibi non est, sed οινόφυος, quod (nisi fallor) melius multo quadrat. Fabula nota est ex Statii Thebaide, & Nemeorum Pindati argumentis, alisque scriptoribus. Iam ἀφ' εἰσισ αφ' Χεστε, non est à Vesta Deorum matre, ut reddidit Luscinius, incipere: sed rem iam inde à principio & initio repetere. Et Plutarchus passim sic utitur proverbio, ut in libro de cōmunitib⁹ noticiis aduersus Stoicos. οι οινόφυος αφ' εἰσισ αφ' Χεστε νή καθετα νινεν, &c. Et de malignitate Herodoti. οι οινόφυος αφ' Χεστε λοις Ιαζαρησ. Sed hæc persequi non est huius operæ:

94. c Tuum nec.] Commodius sic versillem:

Partem in tui veniatque hand in uitus mali.

Prorsus enim mihi videntur duo esse senarii iambici. αντίν ν si legas, prior etiam constabit. certe prola oratio non sic patitur collocari verba. Omnino autem quæ præcedunt, depravata sunt, & pro hoc initio Ποία δι θεῶν ει ά, ε, β, χ, ρ, η. annotatione est alia apud manuscriptum codicem lectio omnibus modis concinnior, Σταθερή θεῶν ει, &c. δουμάση ιέπεις, &c. Sed pro εισισ απόν τίχη (quod nullum efficit sensum) ego conjecturam secutus εις αγρον άπαντη τίχη, legi: idque probatum iri doctis confido. οινόφυος etiam inscripro reperi postea temporis. sed supra datiuos istos. genitiui erant annotati, ut lectio diversa, eaque haud obscure planior. οινόφυος est in scripto, & mallem οινόφυος. οινόφυος quid sit nescio. forte ιέπεις, aut etiam άταξιν (Kleikrantz) ita enim nos eam herbam dicimus, quod adhæret ere vestibus prætereuntium soleat: notam omnibus, vulgo. Sed n̄ h̄ possim pronunciare, libris destitutus. ex scripto etiam est πολύω & οινόφυος, deest autem διη vel χε. Hęc annotavi, ut eo expeditior esset nostra cum Græcis compendi ratio.

95. c Mortalium mediocre.] Versus sunt apud Euripidem in H ppolyto. quos alio genere carminis verti, permisit omnibus interpretibus usus licentia.

96. b Plauti Nero.] Τες Πλάνην Νέπων. Occisum à Nerone Plutum quandam in Nerone Xiphilinus è Dione commemorat: ut fortassis etiam in eius necessarios scūierit. sed arbitrò vitoise Plutum pro Plauto legi. de Plauti interitu per Neronis tyrannidem vide T. citum libro 14. fere extremo. Hanc conjecturam scriptus liber corroborat: habet enim Πλάτην perspicue, quod duabus de causis ingenuo significo, cum quod non piget me fateri unde adiutus sum, tum quod Xiphilino simul & Plutarcho nobilique historiæ subueniuntur. Vbi & in hoc libello & in aliis, & quo pacto desierim à recepta lectione, facile erudit, si Latina nostra cum Græcis conferre non grauabuntur, & agnoscent & iudicabunt.

IN LIB. DE FORTVNA.

INITIO. Non sapientia. Εὐθυνία. Impressum erat εὐθυνία, mendo euidenti, quod vel paulo post οινόφυος, nominata arguat. Eoque scriptus caret. Senarius est, ob cuius approbationem & usurpationem male audiuit Theophrastus. Apud Ciceronem legitur Latino versu redditus, quem nos possumus.

97. e Injustitia presentem.] Legi. Locus distinctione prava erat in Græco obscuratus, neque vereat contendere sic legendum, διτη παρούση. μάλλον ή πιο οινόφυος, &c. quanquam scriptus idem habet quod impressi.

98. c Munera rependens.] αιδούσα. in comparatione animalium legitur αιδούσα, quod non iidem probo.

Ibid. Dorsum horret οινόφυος. Virtus virtutus. In scripti matrice alia lectio erat adscripta. Sed dum codex glutinaretur, præcisa fuit, ut legit tota non possit. verbum quidem οινόφυος ante οινόφυος exstat. forte igitur legendum,

οινόφυος, νοτιον οι οινόφυος οινόφυος.

98. d Vires exiguae.] Vtus sum mea libertate. vitoile iidem versus citantur in libro de terrestrium animalium cum aquatilibus comparatione, & vno loco ad alterum collato videntur quædam posse corrigi.

IN LIBELLVM DE VIRTV- te & vitio.

100. c Non foris est.] Εξερευ έτι. Legi οινόφυος κανίγεια mendum adscribendum. Scriptus έτι habet perspicue. Aldinus notam, quæ idem signifi. at. Idem de Anchisa supra

ANNOTATIONES.

5

supra p̄̄os annotatum, rubrica habet σωμα, quod magis sanc
quadrat. Reliqui senarii exstant integri τετραγύνιος, & versus
de igne Homeri est apud Herodotum in eius vita.

Ibidem Absque face exurit.] Εντελέχεια. Hexameter est
Hesiodeus. Luscinius: occulis viribus, ut videatur δημοσιός legis-
se. Aldus & nos tamen habent δημοσιό. Sed in medio est Hesiodeum
poema, ἡγέροντος 703. In libello τετραγύνιος legitur, καὶ εἰ μηδέ τί-
ει γένεται.

IN CONSOLATIONEM ad Apollonium.

102.b *Oratio sancti.*] Υψηλος νοσήσας. apud Aeschylum legi-
tur (sunt enim è Prometheus vincito qui extat) ὅργης. sed lo-
quent scriptores citare aliquando dicta aliotum leuiter ad pro-
positum inflexa. In conuertendo meos posui, non Tullii ver-
sus, qui reperiuntur in tertia Tusculana, unde nullo, si libet,
negocio petes.

103.c *Et improbe egisset.*] αἴτινη πεποίκη, lego versus gra-
tia μεμικτόν. Sed & postremi duo non sunt prouersus integri,
cum quidem senarios esse liqueat. Lego autem ptiorem A
γάρ τε τοῦ δὲ μέτρα διὰ τοῦ λαγῆ. Posterior sic videtur posse emen-
dari:

αἴτινη πεποίκη πού, οὐ τὸ λαγῆς διὰ φέρε.

Vt particula αἴτια significet subandito verbo substantiuo: Iam
es in medio virtutis; fortunæ adhuc, neq; nimis secundis, neq;
nimis aduersis vteris rebus. Sed si cui securus videretur, non impe-
dio quin sequatur quod volet, aut quod meliores libri suppe-
ditabunt. mox ἀφενον pro αἴτια φθονον etiam scriptus habet. quo-
rum hoc sententia aduersatur, illud recte legitur.

104.a *Vel minimanos.*] Hic versus facile castigabitur ex
Stobæo, apud quem exstat orationis c. 111. initio. qui mox se-
quuntur, ibidem adducuntur integri ex Oeneo Euripidis.

105. a *Quod quadriga.*] Τετραππωνικην κεν. Infolens, si non
vitios locutio, lego τετραππωνικην, cuius lectionis testi-
monia sunt permulta Pindari Odorum inscriptiones, & literarum inculcatio inepita vñstatiō fuit, quam expedit, li-
brariis. Fuerat etiam inscripto idem factum, quod litura te-
statur.

106.b *Qui censuit si in unum.*] πλωτούσιον δὲ οὐεινόν γεγο-
νέ. Senarios de lacrymis paulo supra Comici ita legi, vt ta-
tio ipsa legendos facile quemuis eruditum erat monitura.
Heic vero si quis putat me delectari mutationibus receptæ
lectionis, inque eare gloriolam aucupari, mihi ostendat ve-
lum, quomodo hæc sententia cohæreat. Ausim affirmare,
Plutarchum (siquidem non prouersus ab hac qualicunque
Scriptura velimus recedere: quod ego sane faciendum mini-
me puto) cum ergo ausim contendere hæc sic scriptissime, vñ
subiiciam, πλωτούσιον, οὐεινόν γεγονέοντας, &c. Hæc mihi emen-
datio videtur se omnibus eruditis & probis (quid enim est
cut alios entem?) probatura: tam en etiam in scripto idem
quo! in impressis teperi, vbi pro πλωτούσιον μηδε δυναχωταν,
legitur, πλωτούσιον μηδε δυναχωταν. & in margine est δυναχωταν.
Porto sententia hæc Socratis multorum scriptis est nobili-
tata, & est ita scite apud Herodotum in Polymnia extellit.,
vt non possum me continere, quin ipsa etiam verbahuc po-
nam cum nostri verbis optime convenientia. Ei minis αἴτια
πλωτούσιον γεγονέοντας μηδε δυναχωταν, αἰλαγάστει βουλουσον ποιη-
τανονταν· τοιχοντας εἰς τὴν πλωτούσιον γεγονέοντας, αἰτιοις επαρτον αἰτιον
δον ποιοντας εἰς τὴν πλωτούσιον γεγονέοντας. Versiculum autem οὐ αἴτια δο-
ντος τὸ δε τὸν αἴτιον πλωτούσιον, qui ita nullo sensu legebatur, restituo
post dosi adiecta interrogationis nota, id quod ratio postu-
labat. Et si tunc subiectio seu διφλογονος. atque ita alibi me le-
gere puto recordari.

107.b *Versus Simonidis distinxii.*] Non quod ita scribendos
omnino contenderem, sed ne ignoraretur esse versus. idque
alibi etiam sape feci. Pindari locum ex ipso autore emenda-
re li. et. exstat enim Oda tercia Pythiorum. Locus Euripidis
est in Alcestide. κοντά δὲ τῷ διατονῷ, hodie legimus κοντά διατονῷ. &
pro ὁμοβιοτατῃ. ἡ μεγάλη. Apud Stobæum oratione cxvii.
legitur, εἰ βιοτατῃ.

Ibid. c *Nam parua mortis.*] Τὸν υπὸ. Memini me alicubi
legere hoc dictum Menandro tribui, & senarium Iambicum
integrum referri. μηδε τὰ μηδε, &c. Quod autem mox sequi-
tur τετραγύνιος, doctorum iudicium facio, an non certissima
coniectura ductus, legerim τετραγύνιος. id enim vocabuli faci-
lime in τετραγύνιον literarum & similitudi tem potuit de-
pauari à libato non fuisse attento. Nimitur autem id vo-
luit Menander Plutarcho interprete, quotidiano somno nos

quasi initiari letho, & ad eius vim cogholendam imbui.
hoc potest certe τετραγύνιος: τετραγύνιος, vox est à tensu huius lo-
ci alienissima. Sed hæc verba τὸν διδούσαντας, &c. statim sub-
iecta, mendosa haud dubie sunt, cum repugnant loci huius
sententia. nisi interrogative legatus πῶς εἰ δικαιος, &c. In scri-
pto nihil auxilii. Et qui sāpe eum codicem corredit, ibi de
suo (ut solent) senarium margini illeuit, quo testatur locum
esse mutilem. οὐδὲ τὸ λεπτὸν εἶναι τετραγύνιος. Platonis locus ex-
tat in Phædone, vnde hæc est repetita tota disputatio. Post
ἄλλο τετραγύνιος τὸ σωμα legebatur, pro quo legi αἴτιον περί της τὸ σωμα, sententia hanc exigente mutationem, qua cum scripta le-
ctione prorsus conuenit. Platonis ex apologia locum ex au-
tore emenda. In fabula Cleobis pro ἡμίνεσσι εἰσίστω, vox idem
significans poetis. Vide & Stobæum oratione cxix. de his ex-
emplis.

109.b *Elysi patri.*] Τοῦ πελαγίου, οὐ προ καὶ τεπόνε, seclusus
consuetudinem loquendi. patria enim Elysius iste fuit Ter-
naeus, & ἡλύσιον & constanter habet scriptus, per v. Cic. i. Tusc.
prope finem conuerit hos versus, ostenditq; esse apud Cran-
torem, à quo Plutarchum in hoc libro mutuatum multa satis
apparet. Erat autem vitiosum hoc loco, πνοων ἡλύσιον: legen-
dumque πνοων ἡλύσιον, siquidem (de quo non dubito) genui-
num est πνευματικόν, cuius constructio dandi calum postulat,
vel his ipsis quæ sequuntur verbis testibus. scriptus supra πνοων
annotatum habet εἰς. Τοῦ πελαγίου, non πνοων. Scriptus recte,
πνευματικόν τὸν πελαγίου τοιχον, omnino Plutarchus scriptus πελαγίου τοιχον
de casu filii: non πνευματικόν. Scriptus etiam πνευματικόν, & φέρει
pro φέρει, quod præfero, etiā & superne corrector adnotauit.
Iam oraculi versus primus ut restitui suæ possit integratii,
non satis video: præfertim cum Cicero in vertendis carmi-
nibus eam sibi libertatem indulserit, vt non trepide à verbis
recederet, sensum vñcunque expressissime contentus. pro πνοων
sane lege πνοων, ab πνοων. idque probat scriptus, sed vox quæ
dam excidit. Cogitabam cum Tullii versione comparans
scriptum fuisse:

πνοων ταῖσιν νῦπαι πλύσιε φρίνες μέρην.
Sed quid affirmem: tertio αὐτοῦ adiicio Tullium seclusus, quæ
vertit:

Sic fuit utilius finiri ipsique ribique.

110.b *His neque defungi.*] οἱ οὐ πλωτοῦ. Idem versus exstant
initio Pelopida. Legendum videtur οἱ διενον, οὐ πλωτοῦ, & in Co-
mici versibus de immatura morte pro οἱ οὐ διενον, & ad λαγῆ
κεν adiiciat versus causa.

111.f *Philosophorum prisorum.*] In consolatione ad vxor-
rem, tribuit hanc sententiam Αἴλοπο, à quo autore profectam
viupare philosophus iste, ut alii nulli, potuit.

112. d *Nam qui hac.*] Hic quoq; versus mendo non pro-
fusus carent. Primus τετραγύνιον inserito inicit δὲ τετραγύνιον, recte videtur
posse perfici, cum Tullius habeat hæc. Secundum, sententia,
maxime Ciceroniana, docere legendum videtur, εἰς φροντίδας
τοῖς συμφοραῖς, aut cette τοῖς φροντίδας εἰς συμφοραῖς. Ημέρα
hæc breue in video ultimum lego οὐ πλωτοῦ τετραγύνιον. nū
mauis, οὐ πλωτοῦ. Achæi poetæ mentio est etiam apud Atheneum: & Cycnum eius erat Hephaestio.

113.b *Nuxix ego vestra.*] In Ionis versibus, οὐ πλωτοῦ τοιχον,
est haud dubie vñcolum. In scripto reperi τετραγύνιον πλωτοῦ τοιχον
τοιχον πλωτοῦ τοιχον, nostramque in margine lectionem. Vn-
de videtur forsan legendum εξαγάπετο, οὐ πλωτοῦ τοιχον πλωτοῦ τοιχον
πλωτοῦ τοιχον: ut sint verbæ verulæ nutricis, quæ & matrem & eius
prolem educarit. Posteriorem esse tenarium iambicum li-
quet.

Ibid. d *Fortunai lundaremus.*] Impressus habet inepit, &
nullo sensu ἐκμακελεύων: cum & ali adsint hic paratitici
potentiales, vi particule & ita significantes. Scriptus
recte.

116.a *Resprocuramus.*] οὐ πλωτοῦ ad metrum respiciens
facile videb̄s versibus huius, emendationem. Sed tamen cogi-
tabam forsan τοιχον πλωτοῦ τοιχον legendum. alioquin erit αὐτὸν πλωτοῦ τοιχον

118.c *Dilatorem.*] procrastinatorem, qui reigerendæ diem
subinde producit. Est autem prouerbium ex Hesiodeo
versu sumptum, Operum 411. Αἴτιος οὐ αμφοτερος αὐτὸν πλωτοῦ τοιχον

Ibid. d *Animi tranquillitate.*] οὐ πλωτοῦ τοιχον, εἰς οὐ πλωτοῦ τοιχον
πλωτοῦ τοιχον, &c. Logo.

120. a *Hec vita.*] οὐ πλωτοῦ τοιχον. Euripidis versus lacer. credo au-
tem scribendum οὐ πλωτοῦ τοιχον, πλωτοῦ τοιχον, aut aliquid tal-. Vide-
ture enim constare, id dici, vitam nomine quidem suavi af-
fectam, sed re ipsa miseriam effe. Sed & οὐ πλωτοῦ τοιχον an
alienum est, & superioris ηρεμηνίας in margine, in textu οὐ πλωτοῦ τοιχον

παγίδας scriptus habet.

Ibid.c.d *Qui hic referuntur Tindari versus, & confusi sunt & mendosi.* Distinxii prolibito. Leguntur & in fine libelli. *τηλεσθεῖσαι*, pro *τηλεσθεῖσαι* lego *τηλεσθεῖσαι*. pro *τηλεσθεῖσαι* aut *τηλεσθεῖσαι*. pro *τηλεσθεῖσαι*, praesens *τηλεσθεῖσαι*. pro *τηλεσθεῖσαι*, *τηλεσθεῖσαι*. In posteriore lego, *τηλεσθεῖσαι* aut *τηλεσθεῖσαι*. *τηλεσθεῖσαι*. Id est, felici fato omnibus obtingit vita finis laboribus soluens. Item *χωρὶς λαθανάτης αἰσθάνοντος τελευτῆς*. *τηλεσθεῖσαι* (vel non ut legitur apud nostrum in comparatione Thesei cum Romulo) *χωρὶς λαθανάτης*. Ita mens vocabitur imago sive simulacrum aeternitatis, immortalis quippe, & diuinitus accepta. lego etiam *χωρὶς λαθανάτης*. per insomnium homines inveniuntur de iudicio, quod fieri de virtutis & generis rebus & actionibus.

Ibid.e *Socratis ad Calliclem.* *Λεξίστικα, & Αἴναιον.* legendum sic est, *Λεξίστικα* καὶ *Αἴναιον*. Locus exstat in Platonis Gorgia extremo. inde facile quæ heic aliter legantur, apparebit, ut que vitiosis sit medendum.

IN PRÆCEPTA DE TVENDA valetudine.

122.c *Publicitus pecunia aliquid.* *Στενχωρητήμετα πόλεισι σωτηρίσει.* Sic est legendum. Ceterum quid sint theotica, liquet ex Demosthene, & eius interprete aliisque scriptoribus. Scriptus liber habet *σωτηρίσει*. Mox pro *σωτηρίσει* restituit *σωτηρίσει*. Sic enim usitatum est Græcos loqui. Sic Demosthenes: *ὑπὸ διανοὶα γένεται τοῦτο τὸ σωτηρίσει*. Pindarus: *χρὴ πολὺ τρόπον ακανθόστητος θεού*. Tullius: *Vt uere scientiam adhibentem earum rerum, &c.* Et: *Decet augentem linguam Latinam nominare (s. τὸν φιλοσοφὸν φιλοσοφὸν.)* moralem. Sed fatis exemplorum in re illustri. neque vero multis post versibus ita ipse loquitur Plutarchus, *ἐξ ἀποφορᾶς*: & persape alias etiam in hoc ipso libello identidem. & infra eadem est correctione vtendam, ubi *λέγοντες* in *λέγοντες* mutari debet.

123.b *Nulum culine nidorem.* Magnifico, ut debedo, aut potius plurius, maximum illum Erasnum. itaque veni in suspicionem, ne is aliquid forte è bono codice legisset, quam hic extat *ἀναλογίας ἄνων*. Nam profecto *ἄνων* non est clivus, sed cui obsonium nullum addatur cibus. quales fuere mensa Diogenis, & aliorum, maxime Laconum. *ἄνων* est insipidum, sed quod nidorem culinæ non refert. quia sunt etiam pleraque medicamenta. Certe cur nostram lectionem improbem, quæ sensum etiam Erasianæ versione subtiliorem perhibet, cunctam non habeo, addoque nunc, eam ad apices visque in manu scripto esse.

Ibid.c *Medocritatem.* *αὐτὸν δὲ μετειώλεγο.* autem erat scriptum emendatio liquidior, quam quæ annotationem iudicari debet meruisse, ut & illud *διαγενεσίν αὐτοῦ*. Vbi ergo vicino roendo veritati erat scriptum. Scriptus hoc proflatus non habet, pro *αὐτῷ* *αὐτῷ*.

124.b *Praestat mimicum.* *αὐτὸν δὲ μετειώλεγο.* animaduerti potest Erasnum quoque secutum idem quod nos, tametsi sensum posterioris lenari non satis quibusdam possit videri i expressisse. Habentur rectius scripti in libello *εἰς δυοῖς*. Sunt autem ex Euripidis Medea.

125.d *Caterum tantum abest.* Adde, post *οὐ μέντοι* particulam *δε*, quia omisla & disjunctione non obseruata, dux in unum confundebantur periodi, & ex duabus siebat vito vnicaratiocinatio, quauor terminis constans. Crateris dictum non est integrum. Similis sententia versus eius leguntur apud Lierium, ne ii quidem non vitiari, hic quidem vindicentur esse, partes versuum, *μη τοῖς ταῦτα λογοῦνται*, *αλλὰ εἰς σάσιον ἀμφιβόλου*. fuit enim *απαράδειγμα* studiolus, ut alibi notatur: & in libello de audiendis poetis exempla adducuntur.

126.c.e *A Prodico.* Dictum hoc Euenio tribuitur in libello de adulatoriis & amici discrimine. *ἀγνῶναν* autem Homero lucri epitheton est Odyss. 9. 164. Sed hic recipitur ad Odyss. 2. 110. Quod autem est *ἀγνῶνας* paulo post, *διηδύνεις* scripsisse patet Plutarchum. Notum est etiam in morbos grassantes vulgo incidere multos ob intemperiantiam, quos alii evitant febrietate.

127. b *Cum εἰδεκότος.* Scribendum *τῆς Αἰδεκοτος*. Legatur *τῆς Αἰδεκοτος*, nimis quia indoctus librarius ignorabat *Αἰδεκοτος* reginæ historiam: quam vel ex apophthegmati Plutarchi, & libro *Quod struiter vini secundum Epicuti de creta* non possit, notam esse oportebat. Sed & Erasnum

haec lectio decepit. in scripto postmodo genuinam reperilectionem: quo etiam refragante ramen tenuisse quod primus obseruatum.

128.a *Turpiter inopiam.* *Ἄγονων* Senarium suscipiatum sum esse. itaque *τηλεσθεῖσαι* explarem. Qui pauper sit, neque fateri suam miseriari sustinet, eo pauperior est. paulo post lego *ἴδη* & *πέντε*, est *ἴδη*, sed mēdo aperro, quod Erasmus quoq; sentit. Paulo post *τηλεσθεῖσαι* legendum omnino sic, non *μέντοι*. si sensum velis elicere.

129.c *Magnopere.* *Χρησμοὺς δὲ πάντα* multo legetur melius. quam *πάντα*. & *πάντα* est in scripto. Sed pro *λειτους* omnino mallem *μειονους*.

130.b *De cornuta quano.* *Τοῦ πλεῖστον* legebatur & hic, & in Symposiacis 11. & contra Stoicos de communibus sententiis *κωνιτοντας*. Indus & Cornutus sunt sophistinatum nomina, de quibus alibi. Ceterum pro Phœnicis, scribe Palmae: nam huius fructus partem etiam Plinius cerebrum vocat, *γυνέφαλον*: præter alios Strabo lib. 15.

Ibid.d *Confestim crudo.* *μηνίδες αἵρην*. in hoc posterius abundat, & ē ante *πεπτόντος*, quorum hoc etiam à scripto absit, & paucis interiectis versibus *μηνίδες αἵρην* legebatur *σοφιστον*. Potius *σοφιστον*, ut postea in scripto reperi. & *τηλεσθεῖσαι*. lego *τηλεσθεῖσαι* & *τηλεσθεῖσαι*. Post pro *ἀμφοτέρως* ad *οἰκεῖοις*, repono *ἀμφοτέρων*, una littera ante deprauationem passa, & Homericum *μενονεῖς* est Iliad. 1. 227. & alibi. diuersitas lectionis etat in scripto annotata.

131.b *Qua duo maxima.* *μέγιστα* pro *μάλιστα* securus sum, inventum in scripti margine, *μάλιστα* perperam fuit inculcatum: & *κανῶ* in margine: erat in textu *γόνιμον*. *μεμελεπότα* scribo ex sensu, loco genitiui. Mox *φανίσοντος*. Scriptus habet *εἰς φανίσοντος*. deest verbum.

132.c *Adipisci.* *Legi εἰς οὐλαχάνην.* Scriptum fuerat *λαζην*, sed sententia mendum detectum. profecto post sic legerem, *καὶ τοῦ χαρέν*, *καὶ αποδεῖται ταῖς ἄλλας τῆς φύης εἰσαμανθροπεῖς θη-* *δυμίας*.

IN NVPTIALIA PRÆ- cepta.

133.b *Demulcens.* *καταδύοντα* Sic scriptus in margine quæsi incantatione quadam demulcens, in textu *καταδύοντα*, deuinciens.

134.c *Ei cum que ad amorem.* *Ιέγο καὶ τηνίδες*. *καὶ* deest, & scriptus pro eo habet', *δεῖ*, plane contrario sensu & falso. Non enim vult Plutarchus à marito uxorem debere palam, & coram testibus argui atque castigati: sed persistit in comparatione. Si amatoria debent esse occulta, certe quæ amorem lèdunt, non debent in conspectu aliorum fieri. Itaque interrogationis puncto id fuit post *αἰτησθαι* indicandum.

135.e *Qui Iunoni.* *Ιερεῖς* & *χορλῶ*, iniuria operarum typographicarum, pro *Hρα* & *χορλῶ*. quas hic libuit sui officiis admonere. nam tametsi non deessent mibi & coniectura & argumenta, quibus veram lectionem explicare: quia tamen Aldinum & scriptum codicem nondum inspiceram, trepidam emendare. eorum uterque veram lectionem perspicue habet. & liquet, leui momento admodum magnas sententias illustri offusas tenebras. Paulo post *θρασία καὶ αἰσθάνοντος*: in scripto super ultimo verbo annotatum est. legi etiam *εἴπληντος*, quod multo malum.

136.b *Εἴ quo animo id ferre.* *Ιέγο εἰς γνωμονές δεῖ*. erat *ἀγνῶνας*. Imo autem debet nihil minus: sed *εἴ quo animo ferre*, & ignoroscere vitio naturæ. Itaque aut *εἰς γνωμονές* scribendum, aut *εἰς γνωμονές*, hoc est in scripto.

137.f *Theagenis.* *Τηνίδες φεύγοντος*, non *φεύγοντος*. Infra de mulierum virtutibus. Sed & scriptus recte. Porro Sapphica corrige. Ex Sympos. 3. 1. quæ integra, sed non digesta in versus inuenies apud Stobæum *τηλεσθεῖσαι*. Mihi placuit, quia verba erant Sapphus, eo interpretari carminis genere, quod ab ea nomen habet.

IN CONVIVIUM SEPTEM sapientum.

138.a *εἴπληντος φεύγεις.* Hæc verba multila sunt. legerim, *εἴπληντος* *εἴπληντος φεύγεις τὸ φίλον*, *εἴπληντος φεύγεις τὸ φίλον*. Sensus quidem li-

ANNOTATIONES.

quiet. de pyramidis ex umbra dimensione rem ad quartam propositionem sexti Euclidis illustrem reddidimus.

Ibid. d Lucido & illustri.] πήδε φωτεινῶ. ego δὲ iure me omisisse puto, non habens cur suspicer aliquid detritum ante hæc verba esse. Post βαρθή καὶ, lego καὶ βαρθή, potest enim inquinari albedo. Sed tintura lanam albam non facit; nisi eam intelligas, qua rudia linteæ identidem madefacta, solis vi aquam, vnaque fordes exhalante, albedinem consequuntur.

271.c *Uſſunt peculiariter.*] τὸν οὐχ εἰλητὸν ὑπόπτειον, υφειδίας. Caius non omnium virorum prænomen est, neque Caius mulierum, neque Titius ciuium, neque Stichus seruorum. quod autem cuius adhibentur, sit usurpatione quadam, scit Dialectici & Mathematici suos terminos vocant. β.γ.etc. Hoc ergo est ἀλλως ξενῆς. αἵμοις legebatur: quod loci vim obcurbat mendum.

Ibid. *Cui Caius in sancti templo.*] Εὐτῷ τῷ Σάγκου ιερῷ. Interpres: In Sanctæ templo, & citatur in margine nescio cuius opera, Plinius. 8. 48. Vbi legatur M. Anci. Quod ego quidem si reperisem apud Plinium, non veritus fuisset mendi arguere, cum neque M. Ancus ullus sit nobilitatus, neque nomen Ancus, sed prænomen videatur: & Ancus M. f. Romanorum regi diuinos habitos honores nemo facile animum induxit ut credat. Verba Plinii libet adscribere, tam aliorum. Lanam (inquit Plinius) cum collo & fuso Tanaquilis, quæ eadem C. Caecilia vocata est in templo Sangi durasse prodentes, auctor est M. Varro, &c. August. lib. de Ciuit. Dei, 18. cap. 19. Sabini, ait, regem suum primum Sangum, sive (ut aliqui appellant) Sanctum, retulerunt in Deos. Hic locus videtur cum Plutarchiano iunctus, multorum bonorum scriptorum locis explicandis inserire. Est apud Sex. Pompeium: propter viam sit sacrificium quod est proficisci gratia, Herculi, aut Sancto qui idem est Deus. Et annotauit quidam in margine, Ianum quodam pro Sancto legere, incepit hoc quidem. Cultum fuisse Sabinis sive Sanctum, sive Sanctum, etiam Laetantius 1. 15. docuit: & eadem esse vocabula admodum est probabile, ut & hoc, ritum Sabinum, à Sabinis, praesertim Numa, fuisse ad Romanos propagatum, iam Sanctum & Fidium idem omnino valere, & esse eiusdem Dei attributa, dubitari non arbitror. Qui Dionysium Halicarnasseum citant, Sabinum gentis Sabinæ auctorem ab eo ex Porcio Catone auunt perhiberi filium Sancti vel Sanci (c. & g. litteras eiusdem prolationis permutati nouum non est) dæmonis illorum locorum. In Græco male legi puto Σάνχος pro Σάνχης, nisi forte Σάλος est legendum. Nam Sabinum Sabinis gentilem eius fuisse, qui Sanctus Latinis fuit, colligunt M. Catonis Originibus potest. Silius Italicus lib. 8. rem videtur explicare.

Iabant & leti pars Sanctum voce canebant.

Autorem gentis, pars laudes ore referabant.

Sabē tuus, qui de patrio cognomine primus

Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Sed additur eundem à nonnullis vocati Δίας μήνιον quod est Iouem Fidium. at is fuit Hercules, ut ex Ouidio liquet 6. Fastorum. Quarebam Nonas Sancto, &c. Varto lib. 14. Aclius Gilius diuim Fidium dicebat Diouis F. Δίονυσον Cultorem, & putabat hunc esse Sanctum ab Sabinâ lingua, & Herculem à Græca (Hinc adeo sciri potest, quod sit me Hercle, & intare per Fidium.) Optimeque id cum eo congruit, quod Sabini sunt habiti Lacedæmoniorum (hi autem toti erant, ut sic dicam, Herculei) coloni, quod & apud Plutarchum in Romulo & Numa est, & apud Dionysium Halicarnasseum, eadem pagina, nimis libro secundo. Cetera omitto, contentus me docuisse, Sanctum cum hic tum alibi recte legi. Addo tamen, Propterum hanc lectiōnem non modo confitare, sed & rem explicate. Sic enim scribit libro 1. 1. 1. in elegia de Caco:

Nunc, quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,

Sic sanctum Tatia composuerit Cares.

Sangum alii dicunt: & Sanqualis porta, proxima ædi Sancti, apud Paulum ex Festo legi debere puto. Sangus etiam apud Lutium legitur, cum Semonis cognomento, libr. 1. 1. vnde apud Ouidium dicto loco legendum, An tibi Semopater, non Semipater, docte obseruavit in Varronem Scaliger. In xx. quæstione quod legitur τὸν πάλαρον πάλαρον, &c. legebatur etiam in Aldino, τὸν πάλαρον πάλαρον ὄνομαζεν, omnino perperam. Quis vero pro πάλαρον, cum calithum significare vox ea debeat, non malit πάλαρον legi, ut ad Talasii vocem sit aditus accommodatus? Litteram & aliquando in ε. mutatam non nesciunt eruditæ, cum præservit Papistæ & Fusii idem sint qui Papistæ & Furii, & honos pro honore, odos pro odore apud Plautum ponatur. & Lases pro Laribus dictum Varto lib. 5. notauerit: cuius generis etiam sunt lobelum pro liberum, quætere pro quætere apud Festum.

272.c *Oblivionem flumen.*] τὸν λόγον ποταμόν. Interpres

Lytham flumen, nescio quid securus. Certe lectio nostra est genuina. Sic enim in Liviana epitoma 1. v. legitur. D. Junius Lusitanam urbium expugnationibus usque ad Oceanum perdomuit: & cum fluum Oblivionem transite nollent, raptum signiferò signum ipse transluit, & sic ut transgredientur milites persuaserit. Idem nomen est apud Florum lib.

2. cap. 17. & apud Livium Oblivionis mentio 4. 2. Apud Strabonem libro tertio menda insedit. Meminit huius rei, & hanc opinionem D. Brutus refert Tullius libro secundo de Legibus. In fine quæstionis huius nō pro nō manifestum est legi debere.

273.c *Reparare aut instaurare.*] καὶ μὴ ταραχων. Hoc verbum qui hoc pertineat, non assequor, neque tale quicquam habet interpres, qui refarcire vertit: an ex libro alio, & alia scriptura, an ex conjectura? Forte ταραχων aut tale aliiquid fuit. In quæstione quadragesima.

Aut alia quidem.] πὸν διὸν οὐκέτι μόνον ιερόν. Legendum omnino est, nam tertiam causam afferri nobis licet. & in particula omissa totum locum confundi necesse est.

275.a *Hanc contrastus est.*] λέξις, id est, oblique, θεατῶν. Loqui videtur de alicuius dei simulacro, cui Saturni imago opposita fuerit. λέξις nihil significat, quod quidem recordari possum, & constitutio non patitur huc verbum: neque enim cum αἰνίγκην cohæteret. Subfinem prioris quæstionis Σειραι malum Σειραι. Scribuntur enim Suillii. Mox pro Νονούδιναι restitue Νονούδιναι. Non enim hanc vocem ignorauit Plutarchus. In problemate quadragesimoquarto, pro τούτοις quin sit legendum αἰνίγκης, dubitari non debet, male enim pietas cum periurio coniungitur.

275.c *Hora templum.*] ὥρα aspitate scribendum, cum ab horrando dicatur. Sed Antistitum Labeonem, nobilis rerum Romanarum scriptorem, in Antistitum Lanconem librarius nimis crudis inutarat. vel ex Gellio potuit esse horus. vocem κανονας non noui, sed plane suspicor eam pro ταῦτα obrepisse. Quæ autem de Hora ab horrando dicitur refertur, Græcanicam, neque linguae Latinae contentanea, quod bona cum venia Plutarchi dictum velim.

276.d *Vt Ateius.*] Legi enim αἱ Αἴοις. Scribebatur Τίτος. ego Teum scriptorem nullum noui rerum Romanarum, nam nomen est Teius, non gentile (scriptissimum enim οὐδὲ) vt Anaereontis. Itaque Αἴοις reposuit, nam Ateius Capito, vt rerum Romanarum scriptor à Gellio (sive is Agellius est) citatur in non admodum absimili argumento. 1. 12. qui hoc ipsum ex Fabio Pictore refert 10. 15. 4. 2. 11. Quæstione duodecimquaginta Consularia scripti, non ut apud Varronem lib. 5. & alios legitur Consularia: Græcum scutus & analogiam. Spontalia enim dicuntur, Vinalia, Vulcanalia, non spontalia, Vigilia, Vulcanalia, id obiter monete libuit. Quæstione proxima. *Ad puniendum factos.*] μονιμοι δικαιοι, lego non μονιμοι, quod nihil significat, aut certe si significet, ad rem nihil facit statim, *Canum exūniis.*] Λ. C. v. w. C. v. w. Credo ex v. w. esse factum.

277.b *Aut quia venuste boni.*] οὐδὲ τὸ ξενοῖς κοράλλια. Hic locus totus est de prauatus. adscram quomodo emendem, οὐδὲ τὸ ξενοῖς κοράλλια, οὐδὲ τὸ πάνεπιστατον, αἰρηθούσει διὰ τὸ εὔχεις αἴρωνται. &c. item τοῦτο διαφορικόν εἶναι, &c. Me autem recte emendare, nihilque temere mutare, cum ipsa loci sententia, tum quintum de rebus Græcis problema Plutarchi abunde demonstrant. οὐδὲ autem, id est venuste, aut leni nomina rebus dutis & abominandis imponi. quod genus ξενοῖς etiam in Solone exposuit, & nos mortuos, miserisve aut leprosos simili figura appellamus gutta. Itemque apoplexiā. Hæc si considerasset in cœps, rectius expelli set sententiam. Idem prout legit ut appetat μονιμοι, quod minime probo. Videlur autem ea cœps, que apud Varronem libro octavo, & Macrobius 1. 7. Siurnalium Larum mater dicitur, & à manando diserte Plutarchus deducit, atque hoc in sequenti problema.

Ibid. c *Ludis Capitolinis.*] τὸν Καπιτωλίου, lectio est incongrua. Legendum τὸν Καπιτωλίου, aut sacra intelligi triumphalia, quibus pompa in Capitolium ducuntur. Vide Plutar. Romulo, & Festum, alioque.

Ibid. d *Sp. Carbo.*] Græmatico infra quæstione 2. 1. Quod autem problemate 1. v. traditur aliquanto aliter est apud fffff

Liuium lib. ix.

In 57. quæstione post sp̄maranu deest tñm aut aliquid tale. historia est nota.

In 62. φυσιαίον scriptum puto ut & alibi sexagesima-tertia.

279 c Νησιν sacrif. seruire.] βουλεύεται δοκιμων; omnino legen-dum est δοκιμων. Et in 65.

Ibid. e Vbi etiam legitimis.] Legendum pro νόμοις haud du-bie νόμοις. In 67. pro λόγῳ credo scribendum λόγῳ, quod publi-cum, vulgare ideoque etiam μετάληψις tennē, exile, non magni precii significet. Alioqui λατινογρ. scribi non um est & de voce λόγῳ; seu λόγῳ (leuth) Plutarchus alibi. abundat autem hic alte-rum ἀπόλογον.

280. d Furcam.] σίτημα. lege, non σίτηλα, quæ vox idem est quod βαίνει. Ego mea emendationis autorem habeo Iulium Pullucem, libro Onomastici decimo, cap. xxxiv. Cum quo faciunt, quæ in Coriolano noster hac ipsa dñe habet.

281. c Cum neque victimam.] εἰ μὴ λεπειω. omnino scribi vult constructio, non μηπε; & pro πόρωσις, lego πόρωσις. Quæ-stione proxima, Λητρόποις οὐ μετίπ, lego μετίποις quod est blandæ. Sic & interpres. Sed quod εὐληπτόδι bis legitur, mēndo non vacat. Quæst. lxxv. pro ἐπειρωνεύμαντι λίγα & regulas secutus scribo πέπειρων, & genituum τοῦ in datiuum τοῦ μu-to. In quæstione 78. pro αἴσθησι malum εἴσθησι.

283. a Locum adsignari.] οἰκονόμῳ ne suspicari quidem possum in cuius vocis locum hoc monstrum surreperit. in-terpres omisit. Meruit moris huius Valerius Maximus lib. 2. cap. 3. inuitari prius, & post ne venirent orari consules scribens. Ceterum quæstio 81. sub fine plane mutata est, Quæstio. 83. Εἰδοξαντερόδημον. Forte αἴσθησι. Res à L uio post Cannensem cladem exponitur Lib. xxii. sed aliquanto aliter. Interpres pro Betusio Vetusum dedit, nescio quid secutus.

284. d Definiri non possunt.] αὐτών τινει. Causa, inquit, cur à media nocte diem inchi. ent Romani. hæc est, quod ab ortu & occasu solis commode id nequit fieri: quod quale sit, deinde explicat, αὐτών περὶ τὸ ζῆν legitur pro αὐτών. quod interpres retinens, tententiam Plutarchi vitiauit.

285. a Flaminicam.] vide A. Gellium. libro decimo cap. decimoquinto.

Ibid. c Spectaculis.] θεάτρον. Spectacula. vt & interpres ha-bet, & tationi est consentaneum, non θεάτρον. Ceterum spon-sione certare ausim legendum esse πολλά δὲ ἀλλον. pro qua vo-ce αἴσθησι nullo sensu est submissa. Sex. Pompeius lib. 10. Lucar, inquit, appellatur quod ex lucis captatur. Et ibidem de Lu-caribus festis. In priore κοντέῳ puto legi pro κοντέῳ. nihil enim hinc Cures, à quibus dictos Quirites aliqui putarunt. Quiritis luno apud Stephanum in κοντέῳ legitur κοντέον: male ni fal-lor. In proximo problemate, φεγγειας scripti pro φεγγειας. & puto legendum φορμαγείων, ex Varro lib. 5. Forasque qui suam cariam ignoraret, saltem fornacem suam nosse putabatur, quæ laus in prudentem non cadit. Fornacula Festus quo-que, aut ex eo Paulus habet, vt & stultorum ferias. Quæst. xc. μάνιον repone. historia est notissima. & περιειδήσιον, erat αἱ oīmissum à librario περιειδήσιον non animaduertente. & δι inter δέσιον εἰ tedde. Historia de filio Lycynii est apud Apollodorum libro bibliotheca 1. & Pindarum Olympiis. Minuta alia prætereo, &c. Quæstione tamen 98. pro περιειδήσιον mihi ex sensu loci persuasi legendum περιειδήσιον: quam formulam fortasse non intellexit librarius, ideoque corruptit. Quæst. 101. βάλλει, vnicō a legendum. Sed quid Empedoclis citetur, non intelligo: nisi τούτου περιειδήσιον materiam Luna signi-ficat.

288. e Ut Tiberium.] οὐ τὸν Βίππιον. atqui nemo, puto, prænomen Vertii vñquam legit: neque si esset, duabus litteris scribetur opinor. Interpres totum omisit. Ego pro βίππιον, reponerem Τίβεριον. hoc enim prænomen ne cum Titio confunderetur, duabus litteris τι. scribi obseruatum est. Quæstione proxime, αἱ Εἰσιτριῶν τὸν Βίππιον. inter-pres monstrouse, quod pro Bœotia libertate pugnauit. Vide Strabonem lib. nono, vbi Plataeas describit: & Stephanum περὶ πλάνων. Vide & infra quæstione Græca 39. quæstione cxi.

290. a Cum in morbo est.] ἔχοντις legendum pro ἔχοντις sententiā docet.

Ibid. c De recto.] οὐτιστικόν. non οὐτι. quod satis ex Pi-ctoris apud Gellium verbis constat. Vincula per impla-

uium in tegulas subduci, atque inde foras in viam demitti. Quæstione 112. αὐτοδύος haud dubie significat vitam ma-titatam vel arboribus, vel etiam tabulatis, quo modo et iam Græci nonnulli interpretantur Grammatici. In no-ctibus Atticis error est loco iam ante citato. Propagines εὐτιβούς altius subuentis non succidet. legendum ē Plutarcho, succederet, neque insolens, præsertim in Fabio tam vetere scriptore, debet videri constructio verbi succedo cum ac-culatiuo: cum eam Grammatici dōceant à præpositione, quæ hic est sub, proficiet. quemadmodum villam præter-eo, non villam eo dicimus: & testa superuolitare, non vo-litare. Sic Litius de pugna ad Trebiam: Simul latebras eorum improvida præterlata est acies. & Salustius: Dextra Adherbalem adsedet, &c. Mox Σάρων μὲν οὐδείς αἴσθησις quod i-psum ita planissimè legitur 8. 7. Symposiacorum. in lib. de puerorum educatione est γένος. Sed apparet diuersa esse sym-bola. vox scopas, κίρημα significare fere Grammaticis dicitur. de allegoria hic non dispu-to. certe Diogenes non habet, & inter ea ipsa omisit, inter quæ Plutarchus loco Symp. citato me-morat.

291. a Bacchanibus aliisque.] οἱς δὲ καὶ νυκτερίοις. Interpres, nocturnis sacris & Bacchanalibus. fieri potest vt eadem usus lectio ita tamet ex coniectura verterit. Νυκτίοις esse Bac-chum, ne longius deducam, vel ē Virgiliano potest dici Cu-lice:

Venit Nyctelium fugiens Cadmeis. & sue.

Et inter nomina Bacchi Νυκτίοις est in libello de εἰ Del-phico. οἱς cauda videtur esse alicuius vocis de qua conie-cturam ferre possem, sed infirmam. Viderint alii, & quid sit illud καὶ γένος? Hilares interpres. quid si legas αἴσθησι. Ebrii, qui pleni sunt vino facilis ignoscimus, quam garru-litate aut furiosa obrurbatione importunitatem temulen-torum vincentibus. Vbi est εἰ τῆς αἴθρων, omnino non est legendum. alia enim causa redditur, quod interptetem fe-sellit. Porro νυκτίοις ieḡ infra quæst. Græc. 37. memo-rantur.

IN QVÆSTIONIBVS Græcis.

292. c Quippe à Denkalione.] Lege αἴσθησι. legebatur & ratio autem mea emendationis plana. Superiori proble-mate deest lex quæ citatur. quod & apud Demosthenem & alios autores sape fit. ibid. πόσοντες τῷ πάτερι quod est sus-peatum.

293. f Deinde Cirram obt.] vitiose hæc leguntur. & οἱς Κίρην τὰ πελεῖστα, Οἰνοκλεοντα, Εἰ, &c. ne-que satis constat, quid legerit aut secutus sit interpres, erravit quidem certe. Legi meo periculo, Εἰ δὲ τὴν Κίρην τὰ πελεῖστα Οἰνοκλεοντα, &c. Tu vide infra quæstionem 26. & ibi repentes mea castigationis fundamentum. quan-quam ibi Onocles legitur pro Αεριάς quæ certe vox Græ-ca non videtur) vide ne sit legendum Αὔον & αἴσθησι pro αἴσθησι ex Stephano. Ego meas coniecturas in versione tum secutus, deque his lectorem obiter monendum ta-men putau. Sed & illud εὐδόμενος καθ' ἑκατόπεδον, cum vo-nussei sacrificium, insolens est eodem problemate. Expunge autem καὶ ante μεταρρεφόμενον: itaque concinnior est struc-tura, quam si eo relieto legas μεταρρεφόμενον. Porro apud Helychium per οἰστριον φαγητός, αἴσθησι. Hic sequente quæstione περὶ αἴσθησι, ibidem αἴσθησιν] lege αἴσθησι ex consuetudine Græca.

294. e Amare cœclus.] οἰκεσθίντα. Sic lego singulati nu-mero: nam quomodo mare Nessum elecerit eo locorum, aut qui cadaver eius in mare peruenierit, vix video. & οἰκεσθίντα merri causa scribo in versu Archytæ, qui est Heroicus. Vo-cem concilam esse ex οἰκεσθίντα, etiam Eustathius docuit. quid autem sit μαρκατόν, nescio: fortassis nomen est aliquius in Ozolis loci. Eustathius in Catalogum nānum annotauit Erannum oīm urbem Phocidis, dictam deinde Cyparissium. Fuerunt autem vicini Phocensium Locri. Sed hæc alibi per-tract. buntur.

295. e Hypero fratrem.] ιστρίην αἴσθησι. nominatiuus masculinus τὸ πόπον non fert hunc genitivum. τὸ πόπον legen-dum aut τὸ πόπον. nam virum fuisse satis constat ex tequenti-bus & Stephano, vnde τὸ πόπον legendum appetet. Quæ-stione vigesima ιστρίην π lege, non π. Quæstione vigesima se-cunda. 612.

296. c Corbus & e. Aclus.] pro Arclo plane legendum est

Aeclus. Id cum aliunde, tum ex septimo & decimo Strabonis libro liqueat, huius initio, illo finiente.

Ibid. e Elacie.] Εἰς τὸν αὐτὸν οὐτοῦ τοῦ Αἰδίου, aut deinde τὸν αὐτοῦ λεγένδον ἀπειράζειν, autem lego, quasi semideum dices, gentilitatis Argiū autem, non tamen cœlētem. ἀπειράζειν is est, hinc Apollo Archagetes apud Paſſāniām in Atticis. De aliter, &c. Vide in libro de oraculis desitis, & in fine de curiositate vide. hic locus videtur mancus, τῶν ad ἄλλα referri licet. Inde quæſtione XXVI.

297. b Circa Ἀθηνίαν.] εἰς Αἴσαντας legebatur αἱσαντας at supra quæſt. 13. eadem de re legitur εἰς Αἴσαντας. Sed & Stephanus de Vrbibus Αἴσαντας scribit: ne alios citem. Rex Actianum supra Oenoclus legitur. Οἰνόκλος. Fabula Tenetatis est nota, etiam ex prouerbiiſ.

299. c Filium Hippasum traduceret.] Ὡτανοὺς τοὺς γένους. Locus hic corruptus est. mea coniectura sic legetur commode, νῶν γένους οὐτανούς. Καὶ δὲ τοις δημοτικοῖς, φοροῖς, αὐτοῖς δὲ αἰσανταῖς οὐδεναις. καὶ, &c. Melius proferret, qui melius reperiet. interim integra omnia sunt. pro Αἴσαντῳ lego Αἴσαντων, pro ἐκκλιδιού, ἐκκλιδιού. Agtionia esse Bacchi sacrificium appetat, qui Agtionius in vita Antonii dicitur. Vide caput primum libri octauii symposiacorum. Quæſtione 40. ἐπίσης sensus vult εἰπεῖν. Ante quæſtione 39. κομιζούμενον οὐτοὶ τὰς ἀλεξίες. & λέχειας μη. lege pro μη & λέχειας. ίχνει pro ἐγκένειας.

303. b & Ab eis eas conscriendi.] τὰς ἐρόδας ἵππων. ἐρόδας omisit interpres, & quid sit, sane non cerno. 43. non est integrum. & quid est μαστούς. In 45. pro μαστήν lege mēo periculio μυθούσων. Sed profecto satis sc̄data videtur. 49. quæſtio. Ego Ζερπτον istum Bithynorum accipio regem, & Thraces puto Chalcedoniis auxilio fuisse. Res esto exposta omnium iudicio.

IN LIB. DE ORACULO- rum defectu.

409. f Apud Deum.] θεοὶ οὐδὲν. Aldus suō. quod nihil est, Hic liber in manuscripto non inerat. eiūque me quod facile obſeruabit lector, mififice torſit qualis qualis inter conuentum eriam emendatio. neque diſsimulo me Turnebiana lucubratione qua cōfirmatum qua instructum. Certe tamen non omnia ei debentur, quæ nos proculdimus. quod eruditus lector facile sentiet. Oraculi primus versus stabit, si pro τῷ γάννῃ legas: δέντης, aut τῷ γάννῃ.

410. b Quod probabile sit.] ἐπειροῦντες Turnebus pro ἐπειροῦντες legendum putabat οὐτούς. & supra quinque versibus, τοῖς τοῖς μείονα, non τοῖς. ego nihil conuellere ausim. & τοῖς viderit melius quam alterum coherere. Sed certe quod sequebatur μαῖαν ἀφίνοντο, ridiculo errori librarii debebat. itaque φάινει aut φάινει repositu est opus.

410. d Sane vos quoquā?] Scribendum. καὶ πικρήν, legebatur ιαν. Sed dubium non est, quin Grammaticos compeller Cleombrorus, quorum ars nulla erit. Sinon ex minimis ſaſe de maximis iudicium & coniectura fiant. Mox δέ με στη lege pro αὐτούλων. ac rufum pro ἀφίλεις, & non τοῖς, verum τοῖς. Emendationis nostræ ratio (quod ante nos publicauit Turnebus) constat ex verbis Homeri Odyl. 2. 367. quæ adscripsi, & ab Eustathio ita, ut hīc, exponuntur.

Εἴπει δέ τις χρεῖος μηδὲ φίλετε τούτους τοὺς γένους.

Oὐδὲ φίλου.

Mentio ζυροῦ est Iliad. x. 173. Noctem ζυροῦ intenies cum albitum ibidem. 394. Sed & μετέχscriptum est perperam pro ἀμφότεροι. quod & Turnebus monuit. Sequentia ita sunt dis̄puncta in Græco, ut non quiuis fuerit se extricatus: facile autem castigabuntur ē versionibus.

Ibid. e & Aliud ergo quarendum est.] οὐτοῦ ζυροῦ πλεύστων. non nescio hoc Attice dici, pro λεύστων, ut μονωτῶν apud Platonem, πλεύστων apud Poetam, & alia lexēchta. Sed non coheret cum βουλόμενος, & ab utroque discrepat τοῦτο. fortasse legendum βουλόντων & τοῦτο. Sensus est hoc argumenti ē πάτημα iudicis non debere statui de rebus magis, nihil valere: aliis rationibus refellendos Ammonis fæcēdoles, qui annos subinde dec̄tēscere dicant. Post τοῦτο πόλιν τοῦτο.

lege μόνον. quæritur enim iam cur omnibus sideribus suos motus seruantibus, solus totum cursum non tenet: sed celestius iam quam antea suum spaciū conficit. Mox μέτρον τοῦ scribendum, pro μέτρον τοῦ audacter fortassis pronuncio, quando ne Turnebus quidem videtur à priori scriptura diſcessisse. Ego autem nullum sensum in ea video, & διὰ τοῦ μέτρον construi non potest: sed cum εἰσγένεται congruit, quod verbum porro datuum instrumenti requirit. Hoc dicit: Non opus esse ut Ammonis fæcēdoles olei sui mensura obseruent quæ fiant in cœlo: esse eā evidentiora multo, quam ista vt obseruanditione indigeant. τὰ δὲ ἀνα-λα.] hæc verba si non sint (esse autem contendere) mutila, hoc volunt mutuo & vicissim Solem à Luna, Lunam à Sole obſcurari, suntque accipienda vt concile & quasi κατ' ἀντι-τυπον ob indignationem propter absurditatem opinionis prolatā.

411. d * Oportebat Ammonis.] εἰδοῦλος Αἴμα. Hoc modo inquit, Ammonii non annorum ficticio decremente, debuerat rationem reddere cur hodie minus olei conflagaret; acque flamma absumit olim. Asteriscum curauit signandum, quia aliquot verba excidisse appetat. aut fortassis tantum οὐτοὶ εἰσὶ, vt post & ante λε-εσία.

412. a Virtusque iuno consoluit.] Αἴματος; αἰμητον.] Fedum est hic mendum, sensu, quod & Turnebus placuit, non ita obſcurum. Nomen eius, qui consuluerit utrumque oraculum excidit. cum fuſſe à Mardonio aut Xerxe aliquem missum, non videtur esse in opero. vt fortassis sic sit legendum Αἴματος. Αἴμητον (fotina paſſiuā verbum significare actiuē, vſitatiſſimum esse politis scriptoribus eruditū norunt) Λέων ἡρακλειτοποταῖον οὐ Μαρδόνιος. οὐδὲ τοῦ εἰναὶ ηλαστικοῦ παντού τοῦ φαν. Al. 28. πώς τοις βαρβάροις ξενομοίζεται τοῦτο. Εἰς τοιούτον. (Sic enim pro οἰών docte restituit ex fine libri & nona quæſtione Græca autoris Turnebus; atque addere libuit eorundem οἰών valde esse evidentem mentionem in lib. de Iside & Oriſide pagina Basiliensi 340.) οὐδὲ παρόντες οὐδὲ άριτες (aut ομοιόντες) οὐδὲ βα-βαρβάροις, &c. Ita vt cuncte cohererent. Ego in medio relinquo. Nihil annotauit de his, q̄tis in sequentib⁹ palam falla, & erant non pauca, emendate scribi posſunt, si quis nostram sequatur versionem.

414. a Sola Megarenſi.] οὐτοῖς ή Μεγαροῖς. Sic & Aldus imprefterat οὐτοῖς. Sed librarius calligraphiæ aut tachygraphiæ compendio non satis attendens οὐτοὺς exprefterat, οὐτοὺς erat vtrobique Πλαταιέδης, quod ferti vt cuncte potest, scribendum potius Πλαταιών. Mox αἱρετος, οὐτοὺς ή οὐτο-τούς.] suspecta mihi est vox οὐτούτου, equidem ei plus sa-ſis orationis ſappeditare poffim. Turnebus nescio quid fecit. εὐροταντια quid sit, docui in Plutarchi de poetis au-diendis libellum quadam annotans. Mihi videatur hoc dixisse Ammotius, hoc ſibi commentum admodum pro-baris. Sed & ſequentia ἐντητήτη, menda non carent. Infra vbi asteriscum alleui ante καταρτιστις dec̄ſſevnum atque alterum vocabula, vel ſtructura immutatio argumento eſt. Hoc quoque annotandum duxi, vbi legitur mox οὐ τοῦ οὐτοῦ οὐδὲ φοινικοῦ, apud EVſebium, qui hunc locum nominatiū hoc ex libro adducit libro εὐαγγελιοῦ. t. pag. 109. legi τοῦ οὐτοῦ καλοῦντος, quod malo. vt & μάργον τοῦ οὐτοῦ. Cetera lector diligens conſerat, adhibitoque iudicio, & nostræ versionis fi-lo hunc locum corrigit.

415. b Genios multos ac bonos.] δαιμονας τοῦτοι καράδοις. Ex EVſebio didici h̄c lacunam eſſe, quæ complanari possit. Eius igitur appono lectionem, hanc dubie genuinam. έ-τοι δειμαντες, εἴται ἱροι, ποτὶ δηθοῖ πάσαις, εἰδηροὶς. εἰς διάτοινον οὐτοῦ ποταμοῦ, ποτὶ καραντηνῆς εἰς δαιμονας, μονοις καράδοις, ποτὶ δηθοῖς διαιρεις εἰς δαιμονας δεικνυται τοῦ. quod aliquanto post legitur αἰνιγνού-ταις, tuou ferio. malum αἰδειγέναις, nihil inſolentiore ſtru-tura.

Ibid. d Longius ne Pindarus quidens.] τοῖς δὲ οὐδὲ τοῖς. hæc iti impreſſis ſunt, diuulſa voce οὐδὲ mānū de eis, mānū de eis. neque acquieui hic vel coniectura illuſtri, vel Turnebi etiam, quanquam ſumma apud me autoritatis versioni: ſed iis etiam, quæ habet ſcholiastes in Apollonii Alexandrini ἀρχονταπονόβιον, annot. 23. quæ huc pertinent. Cui loco-aſteriscum deinde appinxi, is corrugior eſt, quam ex con-iectuta reſtitui vt poſſe videatur. idem Turnebus homo multo quam ego vñquam ſperem me fieri poſſe doctior ſenſit. Cuius probo καράδοις, vt pro τοῦ οὐτοῦ καράδοις legatur εἰς εἰναινεις καράδοται. Οὐ δὲ εἰναινεις, &c. nam καράδον pro Aldino

εὐερχός iam tum noster codex habebat. Reliqua ex Eusebio rarsum cortige.

416. b *Quinqüestrianguli in morem adsumtus.*) τῶν δὲ μηνίν τε χρονίδων. Hoc locus depravatus est. Nam τεγνιέται quidem in hoc argumento est progressionē (vt vocant) arithmetica instituta, cuius initium sit unitas, ceteri deinceps ea proximum quisque excedentes, ultimus ille de quo agitur numerus (vt hac 40.) omnium summam indagare. At summa huius trigoni est 820. cuius quincuplū 4100. non 9720. Iam neque proportionē aliqua nobili adfines hi numeri sunt: neque quinta pars ē 9720. utrōque 1944. vel trigoñus est, vel quadratus etiam. sed sextans eius aut sescuplū, quadrata sunt. Itaque haec ratio non constat: incuria haud dubie librariorum. Ego hunc locum, & alia quædam etiam aliorum annotavi, per oculum & numeros è professo tractans, accuratius consideratus: neque despero de restituzione. Interim amplius.

Ibid. Corpus mixtum.) μικρὸν δὲ ὁμοία. Turnebus legit μηνίζομα, εἴμιντα διανογόν: siue μικρὸν legas, siue μηνόν, mīhi sennarius iambicus videtur adduci à Plutarcho, & διαμόνων lego. locus est lacer.

417. b *Ut enim inter homines.*) εἰσὶ δέ αἱ Σπάρτιναι. Citantur hæc verba ab Eusebijo. Sed ante ea citatur alia periodus, quasi in iis quæ inter hunc locum, & paginæ huius versum quartum post ἡρώες comprehensa. quæ ramen altera demum pagina sequitur. Hoc obiter addo, ἀγορεῖς ἥρωας apud Hesiodum ἡρ. 125. hodie non legi, sed θελού. Mox, εὐδιάταξιν. hanc lectionem Eusebianæ διαταξίν p̄f̄ero.

Ibid. c. Et conclemationes bellicæ.) μανιάντ' ἀλλαγὴν. legebatut ἄλλαι, & sic etiam apud Eusebium. Sed ante nos Turnebus ex 7. συμποταῖον autoris emendationem hanc attulit. Verba sunt Pindari, idque liquet etiam ex Plutarcho 1. Sympoſ. 5. vbi idem error hælerat. ἀλλὰ consulū significat clamorem, qualis in prælio. Euitatibius vocem ἀλλάγοντο exponens, ad versum 393. Iliad. 5. ἀλλά, inquit, πολεμεῖσθαι δοκεῖ, ἔτι δὲ δραπεποῖος ἀλλαχήσος, οὐ διλαμένησιν οἱ Δωρεῖς, Βοιωτῶν τε καὶ Αἰγαίων μάχης. Χρήσις ἢ αὐτῆς ἐν τῷ, καὶ δέ ἀλλὰ πολέμου θύματος, ἐγχέων περούμον.

Post. Τελεῖν.) Eusebius πλέον. Sed cetera nos melius, μάτιο pro μάζῃ restitue, sensum secutus. probatum idem Turnebus. pro ἀρχόμενοι & φυλαχθωτοῖς: reponere ex Eusebijo ἀπαρχόμενοι & σφράγοντος. & pro ἀντοπέμποντος ex eodem ἀφοιούμενον, quæ vox est huius rei vernacula. Εἰς δέ rectius est quād Eusebii lectio ἐπὶ δὲ. Paulo post καὶ οὐ πελαγοῦ, legit Turnebus οὐτοί. Ego καλῶ aut ipso, vel aliquid tale puto excidisse.

418. a. b. *Tum patrimus.*) οὐ αἴσθατὸς nescio quid hoc sit, si est integrum. nisi forte significat, Nonne autem hoc variū & mirū est. vt post εὐραῖς ipso ponatur nota interrogatio- nis. Huc pertinet septerii descrip- tio in Hellenicis, prob. XII. de alastore quæst. XXV. Paulo ante πατρὸν οὐχεῖσθαι perpatenthesin lego, post πατρὸν inserto δέ.

Ibid. c. Scelerum vultores.) ἐπειγόντες, non πει, quod sensus facile docet, & hoc modo sapissime erratum est. Post, ήτα μη τὸ εἶτα. legebatur καὶ περπετιν. versus ita videntur habuisse:

—καρυφαὶ ἐπέρας ἐπέρασι περούμονα.
(malim περούμονα.)

Mήτω, μήτε δέντιν ἀπραπόν μάχη—

Ibid. d. Ex versibus Empedoclis.) εἰπόν τοις εὔμηδοι. Extantii versi in lib. Plutarchi de Iside & Osiide.

419. a *Secum commentaretur.*) διενομένου περὶ αὐτὸν. Aldus legit αὐτὸν. quād scripturam nondum inspecto codice ego tenueram. Sed Eusebius mēsententiam mutare compulit, qui ita legit, διενομένου, περὶ αὐτὸν ὅφιλητος, omisso π. ex quo appetet narrationem de morte genii esse Philippi, quod & sub fine exprimitur. apud eundem male legitur εὐλόγη προ εὐλόγων. de qua voce memini aliquid annotare in Paulum Plutarchi ἡδύλος.] ἦ Eusebius non habet. Si retinemus, interrogatiua est oratio, sed μη mallem quam ἄlegere. variant & alia quædam. ego præter mendosa nihil muto.

420. a *Neque impedit.*) μηδε καλέσῃ. legitur viuis litera mendo πέρισσον, ante pro αἰσθάνθισι ipsa oppositio vocum monet αἰσθάνθισι legendum.

Ibid. c. Nihil secum trahit.) ἔδει πιστεύεσθαι lego, non

Sed ipse etiam Turnebus legit non μηδε, quod ipse ex inciso priori huc perperam insertum puto, sed οὐδὲ, quod probo, insero etiam copulam inter duo vocabula, quæ non se habent ut adiectivum ad substantivum, sed diuicta sunt. non enim omne αἰσθάνθισι, statim est αἰσθατόν, & ex philosophia notum est non idem esse falsum & impossibile. & alterum οὐ ut abundans expundo. Obscurasunt hæc, τὸ περιστακόντος αἰσθατοῦ, si tamen recta. puto autem locum esse mutilum. quid sint αἰσθατά, paucis post lineis licet plane intelligere. deinde οὐδὲν λέγοντος οὐ legitimus πρὸθετον λεγούντος. quod vitium ab oscitante ortum librario sententiam disputationis secutus sustulit Turnebus. Cui in eo quoque subscribo, quod pro Στίχῳ reposuit ζωγρ.

421. a *In equiores auditores.*) αἱ τοιμασίαις αἰροαπόν. forte αἰροαπόν. aut (absque εἰ) εἴμεντες τοιμασίαιροι. οὐχ οὐδε.] videtur deesse aliquid. vt ποτὲ τοιμονίαιν. quid si scriptum εἰσιν; μήναργα autem etymologia non fert, sed μηδε τοιμασίαι. infra ηδεσον δὲ Δελφού.] Eusebius habet τοιμονίον, quod magis probo. Citans hæc lib. περὶ τοιμονίων quinto, fol. 112. Πτ. Γανα.] rectius hoc, quani Πυθα, quod est apud Eusebium. Ex quo & alia co- rigere licet.

Ibid. d. Αρσαλον.] Αρσαλον, hos Eusebius legit Αρσαλον, Αρσην, & Τοιμονίον. Μοχ Αρσαλον.

Ibid. Scrorūm deorum.) σκληροὶ θεοί. Turnebus saevos deos reddidit, perhibunque in eorum nomen execrationes fuisse conceptas. Apud Eusebium non legitur σκληροί, sed αἰρού, quam lectionem non puto parui pendendam. Cur eos saevos vocarent Lyci Deos, quos neglecto Saturno posthabitoque colere cœpissent? & quos vt suarum quibus agerent diratum quasi executores esse vellent? sic enim accipio κατίσειρ οὐ ποτέ ποτέ legebatur, sed Eusebiana lectio melior est, cum omnibus agatur ποτὲ ποτὲ οὐ ποτέ ποτέ) ποτέσσι. Cur populibus suis & ducibus ab alienigena interfectis hoc tituli posuerent? E. ξεποτάρης οὐ ποτέ cum etiam innenerit Minerua cognomentum, mensisque apud Atticos σκηροφεσίων, non puto temere hoc vocabuli hinc amouendum. Non fortasse de nihilo sit, putare eos fuisse gypsesos positos, id est, vt studius loquar, statuas eis vel imagines è sciro (siue gypsum est, siue marmor, nihil hic ad rem) positas & diuinos honores decretos. Sed hoc alibi, vn spero. Mox pro ποτέσσι ποτέ legitur apud Eusebium μαθολογουμένων, quod probari potest: nam agitur de dæmoniis, quorum res fabulosis videbantur intextæ narrationibus. Ego tamen nostram lectionem melius ad ea quæ sequuntur quadrate iudico, itaque relinquendo monuisse contentus. Σίον διός Eusebius καὶ οἴτις] hoc multo est, quam οὐ ιπτῶς, concin- nius.

421. f *Ad Platōnem pertinerent.*) μη τοιμασίαι, lege non περούμον. sed ex superioribus constat huius emendationis ratio. proxima enim pagina dixerat Cleombrotus, καὶ Πλάτων περιέχει τὸ περούμον. Sed profecto legendum pro μη τοιμασίαι ποτὲ ποτέ. Et vereor, ne Cleombrotioratio de nominibus deorum & genitorum sit mutilata. Versu ab hinc sexto locus est mutilus, quem testiū sic posse existimo, οὐδεινή Πλάτων ποτέ, pro τοῖς οὖσι accipiendum, malim quidem ὅπ. συνθετούσι facile in ποτέ. &c. cur pro τοῖς οὖσι ποτέ μ. &c. εἰς legerim, quis non videat? Quinto post versu. 422. d *En contemplator.*] εἰς ηπιτηρηστην. lege. etiam in Aldino est ηπιτηρη, adeoque Turnebus venatorem vetterat. Ego Homeri codicem nullum vidi, qui non haberet, quod reposui, ηπιτηρη, ne afferam rationem eari ηπιτηρη sit alienius. Eustathius ηαμαστὸν οὐ περιπτωτικόν interpretatur. & verbum περιπτωτικόν alibi est apud Homermum,

ποτέ οὐδε ποτέ λαοὶ εἰπούσιον ηπιτηρη.

Odyss. β. 13. atque alias versi de quo agimus est non procul à fine libri xxi. eiusdem operis. Paulo post ηπιτηρη οἴτιον. Sic & Aldus, & Turnebus. nostri ηπιτηρη, male. sane ita diserte per ypsilon à Suida scribitur, vt series literarum οὐ in scripturam nullo modo recipiat. & Hippys apud Plutarhum nostrum aliosque frequenter nominatur. Inde οὐτως καπιλαθε ποτὲ λόγον. reponitor καπιβαλτ. quod h̄c quidem nihil puto posse. Verum sensum esse arbitror, Platōnem nulla probabili confirmatione munitam suam sententiam proposuisse. idem legisse

videtur Turnebus, quanquam diuerso sensu, qui cuertere usurpauit.

423. a *Sibi inquit videri.* In Græco *ων* est vitiosum, legi *ων*. quinto post versu, *sententia*, ibidem ridiculum est *δι αυτον*: quod non ita procul abest à scriptura *stavrias*, quam credo esse posse veram. certe sententiam vocabulum significare debet, quodcumque tandem sit.

423. c *Fieri enim sic quoque potest.* καὶ γὰρ οὐσεῖται. nullum hæc verba sensum gignunt. legerem libenter δίτη τὴν ita unica litterula subleuaret loci incommodum. Mox ἵπται τῷ στόλῳ. Aldus τῷ στόλῳ habet. Turnebus omisit. Videtur mihi à multitudine Deorum ad affirmandam mundorum multitudinem ratio duci. aliquot post versibus, lego ὁ μὲν κατὰ πόνον, idem δίτη. οὐδὲ κατὰ πόνον τότε, πόνος δέ. Ως πόνου, &c. & præcedente versu pro οὐδὲ μήλων λόγος lego οὐ μήλων, &c. non satis intelligo Turnebus quo respexerit. Meam sententiam exponam: qui melius aliquid habebit, profetat: cedam cum bona gratia. Omnia eiusdem speciei indistincta (ut logice loquar) habent quippiam inter se ratione formæ commune, & tamen suas ποιητικὰ quædam, sua accidentia, quæ simul omnia in alio non insint: atque haec ratione ipsa inter se differunt: verbi gratia, omnes homines habent communem naturam, neque tamen ullus homo protius cum altero idem est: ut plurima communia habeant, habent tamen peculiare aliquid, quod eum ab aliis distinguit omnibus. Mundus ergo, cum ipse etiam sit qualis, etiam habere dicatur certa sua quædam accidentia: videtur is distinguari ab aliis mundis. Logicum est hoc argumentum, quim firmum, non disporto. esse quidem hanc loci huius sententiam, emendationemque veram, opinor. Paulo post pro ιπποτεμένῳ restituo θεολογικὸν. pérspicuum. ἔκαστον λόγον legebatur λόγον. Sed haud dubie de forma materiam determinante loquitur. ἔντονος autem Græca vox ut sit, non video. forte τῷ φοροφοροῦ: aut, qua voce infra vtitur, φοροφοροῦ. pro ὡς φοροφοροῦ potuit esse scriptum. φυσικῆς ἔχοντα llege, non φυσικῆς. Χωρὶς ιπποτεμένῳ] videatur addendum, τῷ δὲ οὐχ, aut aliquid tales nam & Turnebus suppleuit. pro ἐπι τρίτῳ post versu ιπποτεμένῳ sententia reponere iubet.

424. d *Aitque ut extorqueat.* Εἰ δὲ καὶ βιάζον. Locus valde corruptus. Βία κούνιαν, Aristotelem vi eo adactum ut faciat inane esse. Sic interpretete oportet si, quod vix credo, recte verba habent. Sed pro ἀπιπτον πολυτονικοῦ quod nihil est, si spicor scriptum ab auctore, ἀπον πολυτονικοῦ: hæc verba prope omnino absunt à recepta scriptura, & sensum hunc exhibent. Si etiam extorqueatur Aristotelii esse inane: tamen adhuc intelligi non poterit, quæ causa sit cur corpora naturalia suum quodque locum petat. Iudicent docti, quælibet hæc sit mea coniectura, aut potius rectius aliquid de promant.

425. d *Loco cohibere.* καὶ πνεῦμα. firmitatem Turnebus. ego quid hic nō faciat, non assequor, & subtilius video posse, quam verius defendi. πνεῦμa si legas, consentanea disputatio instituta erit lectio. Paulo ante pro ονοματειν legas νόην, quod europionem vertam, ipsa disputatio moneret. potest.

426. b *Quomodo simulacra.* τὸ αἴραντα τὸν. forte οὐ τὸ τὸ αἴραντα τὸν. εἰπόντως οὐσιούς. infra ὄκενον επειδομένον, lego ὄκενον.

427. c *A tenuissimo & simplicissimo.* τὸ αἴραντα καὶ αἴρουσσαν. incepta me hercule lectio. forte ηλιόπτερον, ut paulo ante.

428. d *Signum est.* Τοῦ σηματοῦ, malum σηματοῦ, sicut deinde vocem εἰπούντι viurpauit. Nam cubo τοῦ σηματοῦ, seu σηματοῦ per accidens, & non σηματοῦ tribui istam comparisonem stabilitatis, è doctrina Analytica est notum. Paulo post ονοματειν πότες αὐτοῖς. lego τοῦ σηματοῦ. alioquin nullam elicies sententiam.

Ibid. f *Infinitas.* ἀπομείνεινται, legebatur ἀπομείνειν. Notum est velex Pythagoricis systæbus meam lectionem esse veteriorum. & pro seū reponatur καταβούντων, nihil enim tam dilrepans ab infinito videtur esse atque est τὸ σεύον. inane autem & infinitum cognata essent, si essent.

429. f *Multa autem quinque.* πέντε συχνά. deest aliquid. Ceterum mulierem quinque fœtus edere uno partu frequenter, est etiam in problematis Romanis capite secundo.

430. c *Plenius similitudine.* εἰνόν πότες αὐτοῖς. Locum hunc misere fœdatum Turnebus ex eo autore unde erat

desumpris, affibre restituit. sunt enim hæc è Timæo Platoniis deponita fol. Basil. 486. ποχαῖον autem non ut habetur apud Platonem ποχαῖον, Suidæ lectoris lexicon, qui, scripturam serie literarum comprobante, ait ποχαῖον εἴτε ποχαῖον οὐ οἵτος κατατέταπτεν. Pollux libro quinto capite quarto. τὸ ποχαῖον cratem ad venationem adhibitum vocat, si tamen recte legitur. pro ἔνδια τοῦ ποχαῖον τοῦ ποχαῖον, est vitiose ἀλλα οἱ ποχαῖον εἴτε ποχαῖον. Pro οὐ τοῦ ποχαῖον τοῦ ποχαῖον, apud Platonem est οὐ ποχαῖον τοῦ ποχαῖον, τοῦ ποχαῖον τοῦ ποχαῖον. In Aldino post eīos erat τοῦ ποχαῖον τοῦ ποχαῖον, quod omisit nostra editio, cum appareat scripsisse Plutarchum αἱ στοιχεῖα τοῦ ποχαῖον. Calligraphia (puto) hoc οὐ suggesit, lego κατατέταπτεν. Paulo infra ἀλλα φύλακα] hoc nihil est. forte φυλάκα, ut legesse videtur Turnebus. infra ἀλλα φύλακα legi. nam legebatur per interpretem. αἱ αλλα φύλακα. forte particula αἱ etiam præmissa verbo αἱ αλλα φύλακα id mendum peperit.

431. a *Heic quoque Academia.* καὶ τῆς Ακαδημίας. Quid sim secutus, liquet. certe locus mutilatus restituerit sive integratit, si legas καὶ τῶν τοῦ, &c. & hanc sententiam versio Turnebi probat.

431. b *Differre videtur animus.* Σοκοῦ ποχαῖον. locus mānus. forte σοκοῦ ποχαῖον ποχαῖον. Sed verba ποχαῖον βίω περοφέρεντα quid desiderant. Versu autem altero ημιποχαῖον omnino legendum erit, non ἀκποιόσθω.

Ibid. c *Sicut enim Sol.* καὶ πότερον, οὐσιούς. Quæ in medio interiora sunt hotum verba, non sunt Plutarchi, sed lectoris: qui cum sibi summam eorum, quæ hic disputantur, annotasset, οὐσιούς illa libratorum incuria, quod non est infrequens, in textum irrepsit. itaque ergo totum isthac expungito.

432. b *De Arna datum.* τοῦ Αρνοῦ. Sic legendum, non Αντωνοῦ. Est autem Arna Thessalici urbs, colonia Bæotorum, de qua oraculum:

Αἴσιη χρονίουσα μίνεις Βούτη πονοῦσα δοῦσα.
Eustathius in principium Bæotiae Homeri, & Stephanus in Αρνοῦ, ibique nos plura. forte ex eo oraculo est id quoq; hic Plutarchus citat. Simile est in oraculo Delphico Lydis dato apud Herodot. Κλεοῦς Κροφός ξαῖνα, Εοῦ φωτεῦντος άκουω. Meminuit B. Tertullianus de Oratione.

Ibid. c *Optimus is est.* Μαίην οὐσιούς. Tullius aliter reddidit, si quis eum malit audire:

Bene qui coniiciet, vatem hunc perhabebo optimum.

Noster cum sequentibus melius cohærete videbatur.

Ibid. f *Hoc est enim illa Heracliti.* οὐτοῦ δὲ έπειδεῖ ποχαῖον. Talis, inquit, est ea anima, quam siccum Heraclitus vocat, & præstantissimam dicit. Plane ita locutus est in Romulo, ποτε ποτε τραχαῖς. οὐτοῦ ποχαῖον εριποῦσα δοῦσα. Heraclitus nempa fuit lenientia, animam siccum esse optimam. Itaque hic quidem Turnebus minime assentior, qui Galeni locum citans, in quo depravata αἴσιη pro αὐτῷ scriptum est, in dubium vocat nostram lectionem, & ē Galeno putat castigandam. idemque etiam mendum insedit libri octaui de præpar. Euang. Eusebii fini. Ceterum non multo ante vox αἴσιη ποτε est suspecta. Et mox πνεῦμα εἰπούντων. Si legas αἴσιην, & distinctionem quæ est ante eīos τοῖς in colli notam mutatam his ipsis verbis postponas, locum (puro) correctis. Illa autem καὶ μίχες καὶ ποχαῖον αἴσιη omnino sunt vitiosa, & quomodo Turnebus legerit, diuinare non valeo. pro πολυτονικοῦ quidem non dubito quin legendum sit πολυτονικοῦ. έπειδεῖ autem pro ιπποτεμένῳ quod prope abest, neque hic quadrat, reponerem: & mox ἵπται, vbi legebatur sensus detrimento αἴσιη. Quod ad versum. Empedoclis attinet, κρόκον vix puto generè feminino usurpatum. Quid si sic?

Βίστων γηραικοῦ κρόκου καταμύσχεται αἴσιη.

433. c *Exhalent.* Sensu ducti αἴσιη, & ποχαῖον legitimus, pro εἴσιπται & περοφέρει.

434. a *Aliquanto post tempore.* οὐτοῦ ποτε ποτε μεταστοί, men-dose. οὐτοῦ ποτε legendum, quod Attice significat, longo post temporis intervallo: & οὐτοῦ ποτε aut aliquid tale structura requirit, in Αἰγαλyli versu αἴσιη ποτε ποτε lego. non enim & pro οὐτοῦ ποτε agnosco. & Kapiσα ποτε. Venæ Turnebus nescio an recte. & cur. Ipselego ποτε. Videad hunc locum historiam xxxvi. mirabilium Apollonii nostri. καὶ οἱ μάτιοι οἱ abundat, aut οἱ fuit.

Ibid. d *Pulchras id placet.* τοῦ καταλού δὲ τοῦ. Videtur legesse Turnebus, οὐτοῦ ποτε ποτε, &c. & pro καὶ ποτε ποτε, φυσιλογία, nisi subaudias φιλοσοφία. nam, quod ex Lactatio, Cicerone, Plutarcho, aliisque notum est, Epicureis reti sua

philosophia animos hominum religionis ingo liberabant.
Locus est vitiatus. infra ηματον. malum παθον.

435. c *Sine tremat violima.*] ανημηνην δεπεσον. tremat, contumaciamendum. fieri potest ut sit θονην. Paulo ante iresitων τακτων, constitutiones significat, id est, vacuitatem, variarum & turbulentarum affectionum, quas ei Enthusiasmus inicit. vide infra. ημηνην ei deest, & pro ημην, restitue ημην. infra. ημηνην, non ημηνην. Turnebus ex norissimo Herodotiloco, qui est libro primo. Ex quo, & reipsa apparet pro φιλοι legendum βασις.

436. b *Sinopidis rubrica.*] Σινωπη. Rubrica sinopica, de qua Plinius & alii, non Σινωπη. Illud autem οιδηπου δοξα, palam est falsum, malimque cum Turnebus πχνην aut γερφια. nam οιδηπου plane inculcatum est ab eo quod sequitur. Fecit autem has orationes interrogativas sicut sunt. Homeri de stomosi locus est Odyss. l. 393. Sunt sequenti pagina multa mendosa. Sed onerare conjecturis lectorem nolo. In mea versione liquet quid legendum suspicatus sim. Secutus est suos vel codices, vel sensus Turnebus, cui me non oppono, sed libertate mihi concessa vtor. & iudicium eruditorum facio.

438. a *Intempestivus & turbulentus.* ημηνην πεγκτων. Hæc substitue, vt affinissima mendosis, & à sententia alienissimis istis αινηπου ημηνην. atque ita legisse Turnebum apparet. & pro ημηνην, quod nihil significat, αδωνα.

Ibid. b *Mente captam.*] ημηπορα. Turnebus ημηπορα se in manu cryptolibro ait legisse, quod est mente ab alienata. non iubeo quenquam nostram mutare lectionem, quam tantus vir retinendam iudicasset, sed tamen mihi ημηπορα huic narrationi videtur magis congruere. sequatur quisque quod voler.

Ibid. c *Omnia debilitantur.*] ημηνην legitur λι. Sed haud dubium est, quod expressi.

IN LIBRVM DE EI APVD Delphos.

384. d *Nolo tibi dare.*] ημηνην. non scribo commentarios. Sed quando hodie docti in eo sunt, vt quæ ex Græcis poësis Latini transtulerunt, aut saltem similia eorum ipsi luserunt, exhibeant: horum versiculorum paraphrasia de quinto epigrammatum Martialis libro quæ si condiendarum annotationum causa, & fastidii superiori libro concepti ameliendis gratia, adscripsi.

Odi dolosum munerum, & malas artos.
Imitantur hamos dona: nansque quis rescit
Anidum vorata deci piscarum musica?
Quones amico ditissi nihil donat,
O Quintiane, liber aliis est pauper.

Illud hic propter rudiotes annotate libuit, literam à Græcis non modo ημηνην fuisse appellatam: sed etiam ει, quod non tantum hoc in libro occurret, vt ει aliquoties dicatur litera. sed etiam apud Eustathium ad initium Iliad. ει, inuenies causam explicatam. quam Nigidio Gelliano possit opponere. 19. 14.

385. a *Eorum memoriam.*] ημηνην αι. huic loco est verbum αιαυωνια, aut aliud simile. infra versu sexto, ημηνην ημηνην. potest hæc lectio tolerari, sed malem ημηνην, si libro autore id possem. nam scriptus codex nostet hoc quoque bellum caret.

Ibid. e *Quæ non dici absre.*] ημηνην. hoc requirit Græca lingua ratio, à Budæo & aliis copiose exposita. nos habebamus inepite ημηνην. Sed & Aldus veram lectionem explicerat.

386. c *Si victoria sint potituri.*] ημηνην. Sicutiam Aldus. nos habebamus ημηνην, male traiecta literis. Notum est, multis oracula data, quærenibus utrum Olympico aut alio certamine viatoriam essent adepturi. Naogeorgus legit. ει ημηνην, an sint conceputa. quæ lectio ut nihil habeat absurdum, ita unde sumpta sit, nescio. certe cur prior ob conjecturam loco moueatur, causa fuit nulla. pluresque adeo existimo viros de victoria, quam de fœtu concipiendo fœminas consuluisse. Idem ημηνην paulo ante inepite vertit, è consilio Amphictyonum, cum fuerit verendum, è triuio peritum. quomodo ημηνην alibi etiam usus pat Plutarchus in Pyrro. Et in libro de facie in globo Lu-

ημηνην, ημηνην παρατημενον. ημηνην παρατημενον.

781. Ibid. d *Si mihi manum.*] Archilochi versus accepi vt finem senarii & integrum de quo non pugno. Eorum quæ sequuntur sententia est, in ει particula optandi, & non significationem mutare, sed ita appositum esse, quomodo διλος δολισμ possum, implet locum potius, quam significationi aliquid addit. Cuius exempla duo ponit ipse, οιδηπορος ημηνην διλος διλοπυρα. ημηπορος nomen est proprium poetæ Sophronis: cuius extra Plutarchum mentio apud Suidam, Zezas, Stobæum, & maxime apud Athenæum. Homericæ sunt Menelaiad Euphorbum Iliad. p. 29. à libratio vitiata. Interpres cum se non expediret, usus est hoc compendio, vt præter recte dissimulata. Quinque post versibus. Αιδηνη μη, ει, non ημηνην. nam hæc Theonem loqui, non Plutarchum, constat ex sequentibus. rursum post aliquos versus μόνος ημηνην είναι, noster μόνος. Aldinus μόνος, sed μόνος requiritur.

387. b *Quæ praterierunt.*] ημηνην ει. non ημηνην sed ημηνην. & quæ ante. Explicat Homer de Calchante versum, Iliad. a. 70.

Οιδηνη τη τε ημηνην, τη τε ημηνην, ημηνην τε ημηνην.

Ibid. e *Quippe qui statim natus.*] ημηνην ει. Aldus ημηνην ημηνην ημηνην. noster ημηνην ημηνην. Sed nostra lectio plana est, & unam emendauit ex Aldina literam. Sed & in sequentibus μη, ημηνην παρατημενον, pro ημηνην, ει, ημηνην, παρατημενον. quæ mutatio est Grammatica. scribo & ημηνην παρατημενον, vocabulo insolente. Talia sunt etiam ēn pro ημηνην, & ημηνην, pro ημηνην, rest tuenda. quæ quidem vox ipsi sensu repugnat. nam pro ημηνην ημηπορο dicitur, quatenus cum pari compitus imparem procreare nequit. imparium autem duorum ημηνην esse pat omnino solet: nascitur enim dubius compolis imparsibus, in quibus ημηνην eo nomine inest.

389. d *Egopateriens.*] ημηνην. Hoc requirit sensus, respuit ημηνην quod fecella interpretem. Ceterum Platoni sententia hic mutilata refertur de quinque mundis: de qua satis prolixè disputatum est in libro de defectu oraculorum, inde repetet lector. sed & superiora de Baccho & Apolline viciata sunt. Mox ημηπορο ημηνην.] Scribendum ημηνην.

390. d *Tactiquerentem.*] ημηνην διηνηγηνην ημηνην. ημηνην ημηνην ημηνην ημηνην. ac supériore verso ημηνην διηνηγηνην, illud un ociosum, aut virtuosum esse iudico. & mox pro ημηνην, credo ημηνην ημηνην esse scribendum: & paucis post versibus, ημηνην Græcum non videtur, forte ημηνην. nam ημηνην ημηνην ημηνην pro ημηνην, scribendum fuisse liquet.

391. c *Cum compriisset.*] ημηνην ημηνην. Locus hic mihi modum est suceptus. Sententia quidem hæc est, Platonem cum in Sophista, tum in Philebo ita de quinque rerum principiis disputasse, vt à te eam rationem excogitata vellet videri. Idem autem ei quod Anaxagoræ evenisse. Nam vt is deprehensus est vetustam de Luna illuminacionem rationem sibi falso arrogasse: ita multo ante Platonem tempore quandam perspecta quinque principiorum ratione. Eapud Delphos confecrassæ. Is hæc vocatur (si recte tam legitur, quod non credo) ημηνην proprio nomine. pro ημηνην, aut ημηνην, aut ημηνην apparet legendum. Sed ημηνην falsum est. & unicum fuit ligneum, de quo disputatur, vt ex hoc ipsis libro patuit. forte ημηνην. Et pro his verbis ημηνην ημηνην, legendum esse ημηνην, vel sequentia docebunt. quæ de fortitione dicantur, confusa sunt, vt cunque sensu se prodente.

391. b *Perpettionibus & mutationibus obnoxia.*] ημηνην ημηνην ημηνην. sic omnino legendum est. Legebatur ημηνην ημηνην ημηνην, perpetuam. Itaque ex Eusebio corriges, atque omilla repones. is enim lib. XL ημηνην. totum hunc locum ex profilo ad verbum referit. Paulo supra ημηνην ημηνην ημηνην. Euseb. ημηνην. Μηδεν ημηνην.] & in Aldino, & apud Euseb. ημηνην recte est, non ημηνην, quod libratius submittens, vitium loco obtulit. Taliæ multæ inuenias in libris recentibus, depravatis, & quasi deficiente industria degenerantibus à bonis exemplaribus. ημηνην quoque repones pro ημηνην ex Eusebio. Sed & alia quædam inde translatis, mirifice depravata, & in quibus olim emendandis quamquam coniecturis verum pene erimus asecurati, tamen codici Eusebiano maluimus omnia accepta ferre. quippe hostius.

392. f Prius elongesceribus radiis.] Scribendum ἀπό την Βουλούπιον. legebatur ἄχυτον quod in ἀγκυλαῖς cuspidem mutarat Naogeorgus, & in securum Ferronus interpres, & ridiculam fecerant sententiam: atque hunc miror Eusebii locum, quem citat, non contulisse cum codice Plutarchiano. Sensus verus ita habet: Sicut (inquit) nimis remota rem inspiciensibus necesse est prius vias radios euanescere, quam rem perfecte videant: ita in ipsa temporis consideratione eius noticia nos effugit. reliqua etiam monstrata erant corrupta.

